

Philipp Johann Tilemann   Gottfried Jüngst

## **Dissertatio Theologica Inauguralis, De Fundamentis Revelationis Divinae Scripturae**

Marburgi Cattorum: Kürsnerus, [1697]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862095433>

Druck   Freier  Zugang





53

Fa-1092(53)

DISSERTATIO THEOLOGICA  
INAUGURALIS,

DE

FUNDAMENTIS

REVELATIONIS

DIVINÆ SCRIPTURÆ,

*Quam*

DIVINA ASSISTENTE GRATIA

EX

AUCTORITATE ET DECRETO

VENERANDÆ & AMPLISSIMÆ

FACULTATIS THEOLOGICÆ

IN

ILLUSTRI MARBURGENSIUM ACADEMIA,

MODERATORE

VIRO plurimum Reverendo & Excellentissimo

DN. PHILIPPO JOHANNE

TILEMAN dicto SCHENCK,

SS. Theologiæ Doctore ejusdemque Facultatis Pro-  
fessore Celeberrimo, Consiliario Ecclesiastico & Pastore meri-  
tissimo, Patrono & Fautore plurimum Venerando

*Pro Summis in THEOLOGIA honoribus*  
*placido Dominorum PROFESSORUM*

*Examini Subjicit*

GODEFRIDUS Jüngst/ Theol. Professor

*Ord. in Illustri Scholâ Hanovica, Eccles. Pastor & Consistorialis*

*Ad Diem XXII. Aprilis Anni MDCIIC. in Auditorio ad Lanum. 42.*

*Marburgi Cattorum, Typis Hæred. JOH. JODOCI KÜRSNERI. Acad. Typogt.*

DISSERTATIO THEOLOGICA  
INAUGURALIS

FUNDAMENTIS

REVELATIONIS  
DIVINAE SCRIPTURAE.

AVCTORITATE ET DECRETIS  
VENERANDI & REVERENDISSIMI  
FACULTATIS THEOLOGICAE

ILLUSTRISSIMORUM ACADEMIAE  
MODERATORE  
VIRI DOCTISSIMI & REVERENDISSIMI  
DN. PHILIPPO JOHANNI  
TILLEMANNI

SS. THEOLOGICAE DOCTORE, QUONDAM  
FACULTATIS THEOLOGICAE  
PROFESSORE, HONORARIO  
ACADEMIAE  
PRAESES DOMINUM PROFESSORUM

GOLDFRIDUS TILLEMANNIUS  
PHILIPPUS JOHANNES  
TILLEMANNIUS  
PHILIPPUS JOHANNES  
TILLEMANNIUS

ROSTOCKI  
IN ACADEMIA THEOLOGICA  
PUBLISHED BY JOHANNES HERRMANN  
ACADEMIAE THEOLOGICAE  
ROSTOCKI



DE FUNDAMENTIS REVELATIONIS  
DIVINÆ SCRIPTÆ.



Uemadmodum Jctus sine lege loqui erubescit, ita Theologum nil, nisi τὰ λόγια τῶ Θεῶ in Ecclesia proferre decet<sup>a</sup>; quem & cum Paulo coram Agrippa quam paratissime obtestari posse oportet, nihil se loqui extra Moſen & Prophetas<sup>b</sup>. Adeoque neceſſum ſt, ut diſpiciat ante omnia de hoc ſuo principio in arce collocando; niſi enim & Prophetica & Apoſtolica oracula ſua conſtent firmitate & certiffimis fundamentis, fruſtra omnis impendetur ipſius opera & oleum.

I.  
Revelatio-  
nis divina  
a 1. Pet. 4.  
10.  
b Act. 26.  
22.

Reperiti autem ἀναντιρρήτως revelationem Dei, uti probat Petrus Apoſtolus ex λόγῳ προφητικῷ, βεβαιωτέρῳ, firmiori (in comparativo, quod non ab omnibus obſervatum eſt) viſione ipſius gloriae Chriſti Servatoris in monte<sup>a</sup>; quin imo totam Vet. Novi Teſt. ſcripturam ſacram eſſe Θεόπνευſτον, & utilem ad eruditionem, redargutionem, correctionem, diſciplinam in juſtitia<sup>b</sup>: paucis pro ingenij modulo, breviterque temporis anguſtiſſimis cancellis, illimate obumbrare, hujusque veritatis, quæ ſecundum pietatem eſt, fundamenta indicare, ſtat ſententia.

II.  
Fundamen-  
ta  
a 2. Pet. 1.  
18 19.  
b 2. Tim.  
3. 16.

Labor autem hic, eſt novus non ſit, nec ad ævi hujus novaturientis pruriginem compoſitus, cum inſuper tum antiquæ tum modernæ Eccleſiæ Doctorem Eusebii, Mornzi, Grotii, Huetti, aliorum, hac de re ſuppentant luculentiffimæ, ad demonſtrationem veritatis Religionis Chriſtianiæ, commentationes; Poſtulare tamen videtur ævum hoc ſcabioſiſſimum, cum, juxta Molinæi querelam juſtiſſimam, vel divina ſacræ ſcripturæ oracula, omnium medio nunc licet expoſita, non alio, quam obſoleti Calendarii loco abjectiſſimo habeantur; vel ægriſ nimum audax, à maleſeriatibus Hobbefii & Spinozæ lociis, ipſa in tantum faſtigi- um aſſurgente eruditione armata ſed abuſa, qua ipſe Deus ejuſque diviniſſima & cœleſtia oracula ſtulte petuntur, diſſeminetur; Pontificii vero veterem ſuam de Eccleſia cantilenam nondum intermittant: ut, quantum pote à Dei ejuſque veritatis ἀνυπακρίτοις amatoribus eò annitendum ſit, quo divina in S, literis contenta revelatio ſarta tecta conſervetur

III.  
Aſſerenda.

31

4

a Pf. 119. & hæc amœnissima lux in via nostra & lucerna coram pedibus nostris a  
v. 105. non *καθὸν μόδιον* abscondatur b. Fretri itaque Dei O. M. qui illuminet  
b Math. 5. oculos mentis nostræ, ut videamus mirabilia legis suæ c, & sanctificet  
15. nos in veritate suâ d; gloriosa gratia, rem ipsam aggrediemur.

c Pf. 119. Dari divinam rerum salutarium revelationem, ex ipsa illius *necessi-*  
v. 18. *tate* inevitabili patescit. Secretissima quippe res est, vera, à religando  
d Joh. 17. dicta, *religio*: ad quam qualemcunque non docti sed facti, non insti: uti  
v. 17. sed imbuti sumus, omnesque populi quovis tempore proclives apparu-  
IV. ère; ac etsi *φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμαρτάνθησαν* in suis ratiociniis a, ut tamen  
Ejus *necef-*  
fitas, non modo exercitum cœli, sed & terræ abjectissima divino potius cultu  
a Rom. 1. honorasse, quam hoc sensu plane Athei deprehenderentur, docuit omni  
v. 22, tempore experientia: cogitatio videlicet de ente summe perfecto, eoq;  
debita & omnimoda subjectione honorando profundissime insidet  
omnibus etiam barbarissimis gentibus; Licet ab altera parte veram  
Deum cognoscendi & colendi rationem cæcus peccator haud penetret.

b I. Tim. 6. Deus enim habitat lucem inaccessam b; nec ipsum quisquam vidit un-  
v. 16. quam; ut ipsius immenso & peccatori intolerabili splendore & acutissi-  
c Johan. 1. ma ingenia, propriis viis & viribus accessum istuc molientia, hebescere  
v. 18. & obtenebrari necesse fuerit. Memoratu dignum est, quod refert La-

d Lib. 2. de tinæ facundiæ facile Princeps Tullius d de Simonide Poëta non tantum  
nat. Deor. suavi, sed & cæteroquin docto & sapiente; de quo cum Tyrannus Hiero  
quærivisset, quid & qualis esset Deus, deliberandi causa sibi unum diem  
postulavit: Cum idem ex eo postridie quæreret, biduum petiit, cum  
sæpius duplicaret numerum dierum admiratusque Hiero quæreret, cur  
ita faceret; quia, inquit, *quanto diutius considero, tanto mihi res videtur*  
*obscurior*: Et est, teste Stagiritâ, viro alias in Philosophicis suo loco  
perspicacissimo, in rebus divinis *intellectus anima nostra, quemadmo-*  
*dum vespersilionum oculi ad lumen diei e*. Nemo enim novit Deum Fi-  
lium nisi Pater, & nemo Patrem, nisi Filius, & cui id Filius vult patefa-  
cere f. Nec eundem colere rite potest, nisi talia afferens, quæ ipsi pla-  
ceant, quæ utique corruptus homo ignorat, donec Deus misericors se  
ex gratiæ suæ divitiis ipsi ostendat. Hinc Augustini veriverbium g: *Alio*  
*modo Deum colentes, quam se colendum ipse dixerit, non utique illum co-*  
i Col. 2, 18 *lere, sed proprii cordis figmentum duntaxat*. Frustra enim colitur per  
V. inventa mandataque hominum h & *ἐδεδοθησκειαν* i.

Religionis  
varietas, Accedit tanta Religionum in orbe terrarum varietas & dissensio,  
unde

unde claret, vel Deo, quocunque modo colatur, perinde esse, vel dari certam aliquam normam, qua sedente pro tribunali tanquam Regina, vitentur devia, ostendatur verus trames. Quò autem in re adeo momentosa, à qua æterna animarum beatitudo pendet, nos vertemus? Fanatici cuncta fidei capita vel susque deque habent, vel adunco naso excipiunt. Sociniani omnia Mysteria Religionis, in quibus cæca ratio filere debet, rident & penitus eliminant. Pontificii subsidium suum quærunt in Ecclesia, clamantes, se reperisse, quod pueri in fabâ, cum tamen ipsimet, quid per Ecclesiam intelligere debeant, an Papam, an Concilium, aut utrumque aut cum aut sine populi, servi pecoris instar decepti, consensu, nondum definire vel ausi fuerint vel potuerint. Nec potest cum constante mentis quiete à tam putido humanæ auctoritatis palo hominis salus pendere: Anxium enim semper porro quæret cor, cur hominibus fallibilibus & mendacibus, vel multis, vel elatis, adscribat veritatem? cum idem faciant & Turcæ, qui ratione numeri certe re cum aliis possunt: Ponamus insuper, ipsos præpositos esse inter fluctuantes, quorum tamen auctoritate alii debeant niti, nonne claudus claudum ducet, & tandem uterque cadet in foveam? En Labyrinthum Enthusiasmi & Scepticismi!

Orthodoxi hic acquiescunt in revelatione divina sacris scripturis V. & N. Instrumenti contentâ, quæ fallacium mortalium dominio subesse nequit, minus talium, qui plurimas hujus revelationis veritates nec credunt ipsimet, nec vitâ exprimere satagunt, Deo pariter Optimo suarum veritatum promo condo & teste sufficiente existente, sine subdolæ rationis humanæ interventione, nedum superelatione. Cujus fastus & in divinis Magisterii humani tandem hæc fuit sequela, ut Sacra Scriptura vel plane exterminaretur, vel saltem respectu convictionum emascularetur: Duo namque testes a sacris non modo involuti sed & occisi & tantum non sepulti describuntur. Nonne Leo X. doctrinam de Jesu fabulam, sed sibi proficuum, blasphemæ nuncupavit? Ubi fidei hi Magistri ante duo sæcula hæc divinam revelationem cœtui Ecclesiastico explicari & in linguas vernaculas verti curarunt? quod enim Sacra Scriptura in linguam Saxoniam jam jussu Ludovici I. Cæsaris, Sæc. 9. in Hispanicam Alphonsi sapientis, in Gallicam Caroli V. per Nicolaum Oremum translata sit, divinæ providentiæ, non labiorum dominis (insciis & invidis) acceptum referendum est.

A a

Voluisse

a Pl. 116.

v. 11 &amp; 67.

10.

b Luc. 6.

v. 39.

VL.

Quiescendum in Sacra Scriptura.

a Apoc. 11. 2. seq.

b Wolph. lect. Mem. cent. xvi.

P. m. 76.

4



VII.  
*Divinus re-  
velandi  
modus.*

Voluisse autem Deum Ens & bonum summum se creaturis suis rationalibus *revelare*, ex summa ipsius perfectione & illius in se ipsum amore, quem alias *sanctitatem* dicimus, abunde patet. Rationalibus certe creaturis se pleniore modo communicare voluit, quam extensis, non tantum obligationem Physicam, sed & moralem erga ipsum referentibus. Istud autem in homine ( de Angelis enim non jam agimus ) fieri debet vel per immediata rerum enthearum repræsentamina in mente, vel ope imaginationis per objectas varias excellentium rerum corporearum formas & species, vel denique per externa signa in sensus incurrentia <sup>a</sup>. De modo postremo speciatim sumpto nobis sermo est hac vice.

<sup>a</sup> Vid. Ce-  
leb Witzii  
Misc. Sac.  
lib 1. c 3.

VIII.  
*Externus  
non unus.*

<sup>a</sup> Ps. 19. v. 1.

Hæc signa jam sunt vel naturalia vel fœderalia: per naturalia deducimur ab effectis ad causas, quo referri debent omnia Dei *ποιήματα*. Fœderalia valent ex pacto & instituto, ut voces & verba. Utroque signorum genere Deus utitur circa hominem; *naturalibus*: sic cœli enarrant Dei gloriam <sup>a</sup>, homini nempe attendenti, præsentemq; refert quælibet herba Deum: *fœderalibus*: ut sunt ejus voces, vel sono efformatæ, vel scripto consignatæ: hinc cognitio Dei naturalis omnibus innata est, verum supernaturalis ex sola ejus revelatione proficiscitur. Adamo integro se Deus patefecerat non modo creando ipsum ad suam imaginem, ut sapiente intellectu ipsum cognosceret, & sancta voluntate amaret, sed & accessit revelatio per verbum: allocutus enim est Jehovah protoplastos adhuc rectos, concedendo dominium in animantia, esum herbarum & fructuum Paradisi, arbore scientiæ boni & mali exceptâ, quo pertinet quoque mandatum de horto colendo & custodiendo, Lex itidem matrimonialis <sup>b</sup>.

IX.  
*Proteuvan-  
gelium.*

<sup>a</sup> Gen. 3.

15.  
<sup>b</sup> Oper. Vi-  
teb. Tom.  
4. in h.l.

Lapso pro dolor! Adamo, revelatio facta fuit tanto magis necessaria, quippe nunc intellectus obtenebratus, voluntas depravata, affectus corrupti, corporisque motus inordinati facti fuerunt. Revelavit autem Deus mox Proteuangelium <sup>a</sup> per Schechinam, explicante Nachmanide, quo dicto tanquam omnis verbi divini radice, *Luthero* æquissimo iudice <sup>b</sup>, concluditur, quicquid Evangelium & religio nostra complectitur. Eo enim docetur, nos esse totos corruptos, amicos Satanæ, gratia vero Mediatoris nos reddi illius nefandi Domini hostes, i.e. conversos & sanctos. Messiam fore filium mulieris, ac proin Deum & hominem sanctum: Habere illum certum populum liberandum, arctissime secum unitum, cui oppositi sint amici Satanæ. Messiam Regnum diaboli esse de-

structu-

structurum. Merenda autem hæc omnia per passiones ; ast superabiles & demum superandas.

Porro locutus est Deus per Schechinam cum patribus in apparitionibus πολυμερῶς ἢ πολυτρόπως<sup>a</sup>, nondum autem, quantum nobis quidem constat, tum verbum Dei dabatur scriptum, idque 1. propter Patriarcharum longævitatē, 2. hominum vocatorum paucitatem. 3. apparitionum frequentiam. 4. credendorum compendium; inspicientibus & auctoritate gravissima pollentibus piis Patriarchis, ut Adamo usque ad tempora Methusalah, quem vidit Sem, eum novit Abraham, cum isthoc conversatus Jacob, hic genuit Josephum, qui attigit ætatem parentum Moſis, primi sacri Scriptoris.

Habet jam, ut in rem præsentem veniamus, divina revelatio Divinitatis suæ κριτέγια & insitum characteres, rigidissimum examen non respicientes, qui sua sponte se offerunt: est enim verbum Dei adhuc æque vivum & efficax<sup>a</sup>, ac cum prima vice ex ore Dei procederet, prout & sol propria luce se nobis conspiciendum præbet, atq; mel suâ insitâ dulcedine se commendat<sup>b</sup>. Et hic tantum est gustandum & videndum, quam beneficus sit Jehovah<sup>c</sup>. Quicumque enim S. Scripturam apertis oculis intellectus, in timore Dei inspicit, attendit, spiritualia cum spiritualibus, servata fidei analogiâ, comparat, is non potest non experiri divinam ejus originem & constitutionem; nam Spiritus testatur, in fidelis hominis mente sibi recte conscia, Spiritum, in suo verbo loquentem, esse veritatem<sup>d</sup>: Nemo utique de die dubitat, dum radii solares oculos feriunt, nihil morans cæcos aut stultos aut sibi imponentes illusores; nec juvat hic dicere Adversarios Romanenses, vel homines ἐν ἑαροχῆ eminentes, vel multitudinem maximam testari veritatē, imo de illa quasi præscribere: non enim est nisi brutus consensus, nisi omnia cætus membra pro se convicta fuerint<sup>e</sup>. Et Christi & Apostolorum doctrina utique omni mansit receptione digna, licet multitudini Judæorum esset scandalum & Gentilium stultitia<sup>f</sup>. Nec illos unquam docendi licentiam ab auctoritate sedentium in Cathedra Moſis, Judaici Synedrii, vel oraculorum Gentilium tripode emendicasse, constat.

Sit itaque Fundamentum 1. Si quid tanquam divina revelatio venditatur, nil continebit, quod sanæ defæcatæque rationis principiis, aut veritatibus natura notis, omniumque hominum conscientis insculptis de vero, æquo & bono contrarium sit. Est enim sermo Dei lac rationale<sup>a</sup>, & Chri-

X.  
Verbum  
ἄρα φων  
usque ad  
Moſem.  
a Heb. 1.  
v. 1.

XI.  
Dantur di-  
vinitatis  
nota.  
a Heb. 4.  
v. 12.  
b Psal. 19.  
v. 9. 11.  
c Psal. 34.  
v. 9.

d 1. Joh. 7.  
6.

e Apoc. 13.  
f 1. Cor. 1.  
23.

XII.  
Fund. 1. à re-  
velationis  
rationalis-  
tate.

a Pet. 2. 2.

b Rom. 12.

1.

\* & Christianorum *λατρεία λογική* b. Quo pertinet inter innumera alia : Esse Deum, Ens sua perfectione existens : Habere sufficientiam, qua dare possit aliis rebus existentiam : idque liberrime : Nec alium in finem nisi ad manifestandas suæ gloriæ divitias : Nihil facere, ex quo non appareat, habere ipsum omnes illas perfectiones, quas habet ; quippe sanctum, qui amet suam veritatem & perfectionem : Et sapientem, qui omnia decentissime ordinet : Creasse hoc universum, & in illo hominem, qui pollet mente, qua res percipere & cum certitudine dijudicare potest. Res multas vel respectu sui vel Dei tali in revelatione comperiri, ut vocandæ sint vel bonæ vel malæ : Mentem suæ spontaneitatis sibi esse consciam, quæ recte se habet, si nil vel bonum vel malum esse judicet, nisi quod revera tale est, ad quam determinationem homo lege ligatus est : Idque clamat conscientia : Summum hominis finem esse debere Dei gloriam : Summam vero felicitatem consistere in Dei possessione & fruitione, adeoque quam fieri potest, accuratissima conformatione cum ejus voluntate : Porro reperire hominem in se variam depravationem & à bona operatione insullam distractionem, se tanquam creaturam rationalem haut decentem, nec à Deo ita creatam : Unde manare proclivitatem, ut licet videat meliora probetque, deteriora tamen sequatur, & ira variarum pœnarum lernam, ex. gr. mortem, natura licet invitâ ; Mentem manere post illam nihilominus superstitem, sed ob patrata crimina infelicem. Deum interim esse bonum (qui homines frustra non condiderit, bene propagationi dicens & beneficia varia exhibens) adeoque forte placabilem, sed non nisi modo sancto, ne ejus veritas mutetur in mendacium : Præstari debere aliquid, quo restituatur ipsi læsa gloria : Id minime reperiri penes hominem, teste experientia : Nec illud medium aliunde nisi à Deo ipso expectari posse : Hæc omnia reperiri debere in revelatione S. Scripturæ, quæ tradit doctrinam, quâ sic Deo omnis gloria redditur, ut homini verum bonum & simul debitum officium monstretur.

XIII.

2. à nostra  
misericordia  
limitatisq;  
detectione.

a Eph 4.

18.

Unde nascitur Fundamentum 2. veram corruptionis nostræ effigiem præsupponens. Debet unusquisque, cui sanum est incipit, fateri, hominem naturalem non esse in statu decoro, ut creationis gloria & imago flagitat, reperit in se, loco defæctæ cognitionis Dei, tenebras a ignorantia densissimas, loco amoris & lætitiæ in ipso, tædium, aversionem & nauseam : Affectus, qui ipsum deberent ad Deum glorificandum impellere, alimenta torporis & retardationis potius ministrant, ipsum ut avem

filo alligatam retrahunt deprimuntve ad vanitatem <sup>b</sup> : Cor quasi adipe <sup>b</sup> Rom. 7.  
obductum est : intellectus callo obduratus : nil nisi torpor, somnolen- 13. 19.  
tia, excæcatio remanet. Nemo hoc ibit inficias, nisi simul prodat, se hoc  
miseriæ genere adhuc summopere laborare : Periculosissima enim hujus  
malipars est, quod ii nesciunt, qui eo vehementissimè ægrotant <sup>e</sup>. Alter <sup>c</sup> Apoc. 3.  
alterum corripere solet, cum in rei fundamento neuter rectè sese habeat <sup>d</sup> : 17.  
Deridet infantis nugas juvenilior, hujus vanitatem vir maturæ ætatis, <sup>d</sup> Luc. 6.  
omnes canus & impatiens senecio : Deprehendit facile stulti & temerarii 41. 42.  
fatuitatem vir prudens & in opere suo diligens, ejus labor improbus &  
curæ ab aulico & parasito sibilis excipiuntur ; Philosophus omnes, quot-  
quot sunt, censuræ suæ pectine carminabit. Interim habeat licet alter  
priorem in Ceberis tabula stationem altero, tamen omnes, quotquot sunt,  
cum introitu in hujus vitæ viam, ex oblivionis & vertiginis cratere bibe-  
runt & stulti evaserunt <sup>e</sup> ; imo secundum fingendi licentiam poëticam un- <sup>c</sup> Psal. 14.  
per Circen in porcum vel lupum, alius in aliam bestiam mutatus est, unus- 7. 3.  
quisque tamdiu irritò furore corripitur, donec miserrimi status sui muta-  
tionem experiatur. Quamdiu vero homo hoc in statu detinetur, quam-  
vis opera sapientiæ, omnipotentis, justitiæ & bonitatis Dei in ipsa natura  
videat & palpet, imò quod majus est, Deus vel ex cælo, manifestatione  
gratiæ suæ prospiciat <sup>f</sup>, ut verbum Dei legere & audire queat, agit tamen <sup>f</sup> Psal. 14. 2.  
hæc omnia aut perfunctorie, aut brutali impetu, sine delectatione & pro-  
ficiendi studio <sup>g</sup> : Sed si vel titillationem quandam naturalis homo circa <sup>g</sup> Psal. 49. 11.  
bonum Dei verbum sentiat, facit non secus ac aranea, quæ amœnissimo flo-  
ri, ut venenum suum inde sugat, insidet, quærit scilicet cupiditatum carnis suæ  
satiatatem, aut prætextus, ut, sopitâ exulcerata & compungente conscien-  
tia in amabili suo statu quietus & imperterritus maneat. Sin hic & nunc  
convictionis strictura in oculos ipsi scintillet, id procederet ex efficacia  
veritatis in se <sup>h</sup>, terrefieret autem non nisi noctambulonis instar ; novit <sup>h</sup> Psal. 94.  
interim mille artifex Satanas, mediantibus vanitatibus & occupationibus 15.  
bioticis, mortali tenebrioni securitatis oculos occludere, mox ipsi persua-  
det fuisse forte transitorium ignem fatuum ; Denique si veritatem ipsam  
adspiciat penitus, non manet tamen cordi agglutinata <sup>i</sup>, est tantum lux <sup>i</sup> Luc. 8.  
suboscuro, velut ligni putridi & aridi nocturno tempore, sed sine omni 13. 14.  
calore lucentis ; Voluntas non sentit, quod intellectus eminus attigerat :  
Affectuum vis non infringitur, sed durities, saltem tepor & vanitas pistri-  
num suum retinent locum, quia, corruptionis tenebræ opponunt se ori-  
enti

4

- enti gratiæ auroræ, donec tandem veritatem perceptam impugnatamque deleverint k. Nisi summus atque Benignissimus Deus, qui, tanquam creator rerum omnium, cujusvis hominis facultates multo expeditius Omnipotentia suæ manu tenet l, quam automatarum faber varias horologii rotulas mox antrorsum, mox retrorsum; mox concitato, mox lento gradu movere potest, dicta obstacula removet, quod vocat scriptura *aperituram cordis m*, ut, seposita sua philantia & vanitate multiplice, ex intimo miseria suæ sensu, accenso Dei amore & proclivitate in omnia ipsi glorificabilia, attendat ea, quæ Dei nomine ipsi proponuntur, quæ tum doctrina proprio genio & decore se commendare apta nata est. Singula Servator colligit, dum ait: *Si quis vult facere voluntatem ejus, qui misit me, is ex-* perietur. *utrum ea, quæ loquor ex Deo dicta sint n*. Incribit enim Spiritus sanctus idem verbum cordibus, quod & scribi jussit per sanctos suos amanuenses Prophetas & Apostolos o. Verbum sine Spiritu & Spiritus sine verbo p æque non consistere potest, ac sol sine oculo, & quid præstaret oculus sine solis luce? Sic nil valet cibus absque chylo, ne chylys sustentando animali sufficeret absque cibo; Nemo autem recte capere potest hanc Spir. sancti operationem, nisi qui eam sentit q. Est enim impossibile, quin ab impostura Diaboli distingui queat, apud eum, qui illam fruitur: Hoc pacto lumen conscientia lumen Scripturae non contrariatur, sicut nummus obsoletus ex comparatione incorrupti facile agnoscitur, illiusque inscriptio expuncta per integri lineamenta nullo negotio explicatur. Hujus divinae illuminationis processum ipse Bellarminus fateri cogitur, in Conc. de lum. Fid. Sicut, ait, *asinus nunquam capiet duo & tria esse quinque etsi ipsi centies millies demonstratur, quia caret ratione: ita se res habet cum naturali homine, qui bestia non incommode comparatur, in supernaturalibus Mysteriis, quamdiu caelesti luce caret.*
- XIV.  
3. *Ab historiarum evidentiâ.*
- Juxta Fundam. 3. Argumenta scripturae divinitatem adstruentia tanti merito valoris esse debent, ut, quocumque verrantur, semper firmissimis talis incedant, neque tantum externam præ se ferant speciem eminentis, ut quaedam picturae, quæ lustratae cominus penicilli ruditer profuturunt. Hac in parte veritas historica S. Scripturae est evidentissima omni- que exceptione major. Primus Oraculorum divinorum scriptor qui occurrit, Moyses est, servus Dei fidelis in tota ejus domo a, cujus revelatio- nes, tum in monte Sinai tum in exstructo tabernaculo repetita, nullo modo suspecta esse possunt; rem enim habebat cum populo refractatio & re-

& rebelli & invido Præterea habet revelatio Mofi facta præ aliis  
 omnibus Religionum fundatoribus maximam prærogativam: accipit  
 enim vir divinus ac fecit omnia interdum, cum Muhammed suas per tacitum  
 Dei afflatum (verius Epilepsiam) indi sibi venditaret, Numa Pom-  
 pilius per Deam, nescio quam, Aegeriam, Papa per Enthufiasmum, sal-  
 tem spiritum absconditum. Moses quicquid agbat, multis millibus  
 notum erat, qui ad posteros idem transferre jubebantur. Scribebat au-  
 tem res notissimas ex Dei mandato, ut fœdus inter Deum & populum e;  
 dein hymnum propheticum d: cujus liber cistæ haut tactibili impo-  
 nebatur, in qua servatum Legis volumen u: que ad tempora Regis Josiæ e.  
 Imo post captivitatem Babyl. ad dies Esræ f. Quod reliquo unilibrorum  
 historicorum Auctores attinet, licet eorum nomina ignoremus, commen-  
 dat se tamen eorum divinitas unius ejusque conscientiæ, imo & Moses  
 & Prophætæ & Psalmi hâc in parte pati passu ambulanti. Descriptis A-  
 postolicis N. T. idem est ferendû iudiciû, tanto magis quod testimoniû  
 habeant in Mose & Prophetis. Historiæ enim circa Jesum Nazarenum  
 evenire eo tempore, quo vivere illi homines, qui ipsum noverant, ejusq;  
 res gestas viderant, nec ipsi Judæi hostes negare poterant, quin potius  
 veritatis historiciæ testimonia egregia in Talmude, inque Josepho h  
 reperiuntur, ut ad protocollum Pilati contra ipsos necessario provocan-  
 dum non sit, quod, teste Tertulliano, in Cancellaria Romana asserva-  
 tum fuit, Tacito i & Plinio Sec. h de Christo & Christianis quædam  
 non obscura quoque referentibus.

Fundam. 4. desuimus à dulcissima totius divinæ in sacris con-  
 tentæ revelationis harmoniâ: impossibile enim est, quin mendacium  
 aliis mendaciis tectum perpluat: nec unquam tam accurate compagi-  
 nari potest errorum systema, quin hinc inde insulsi hiatus sese prodant.  
 Hic autem consensus plane admirabilis a, licet sint diversi scriptores, di-  
 versis locis, temporibus, sine voluntate fallendi, de re eadem, sine ulla  
 corporali utilitate, diversis & tamen idem innuentibus phrasibus, sub  
 diversis in eundem finem collineantibus emblematis, ut quid mireris ne-  
 scias, aut diversitatem sine pugna, aut consonantiam non sine innocente  
 disparitate b. Nonnemo autem hic opponat, occurrere tamen in divinæ  
 revelationis codice tantas difficultates; an ibi nodus secandus, aut talia  
 dicta plane eliminanda? Resp. Cautè hic procedi debet. Istæ difficul-  
 tates sunt nil nisi fumus a firmo oculo facile recedens: Apparentes au-

b Deut. 32.

9.10.

c Exod. 24.

d Deut. 32.

e 2. Reg.

22.

f Neh. 8.1.

9.18.

g Luc. 24.

44.

h Lib. 18.

Antiq. c. 4.

i Annal.

L. 15. c. 6.

k Epist.

Lib. 10.

Epist. 97.

XV.

4. à verita-

tum har-

monia.

a Apoc. 15.

3. c. 19. 10.

b 2. Pet. 3.

16.

B

tem

4

- tem difficultates ( plurimæ enim non ab amatoribus sed osoribus veritatis sciolis quærentur ) sunt circa chronologiæ apices, non salutis fundamentum <sup>e</sup>; imo faciunt ad majus ornamentum, certitudinem & exhilarationem. Musica, horologium, hortus, corpus organicum, cibus, imò totus mundus perderent suam pulchritudinem & amœnitatem, nisi inessent res visæ sibi contrariari, uniformitatem tamen minime everrentes. Sicut enim in ædificio juncturæ difficulter compaginatæ consolidantur tanto fortius; ita propter varia sacrorum scriptorum dona tanto magis abest suspicio collusionis & conspirationis. Imo nihil adeo gratum nobis accidere potest, quo delectemur, quam quod multo labore acquisivimus: hinc redditur nobis verbi divini consideratio tanto dulcior, si, circa ejus sensum in timore Domini inquirendum, altam ruminacionem <sup>d</sup>, post spiritus intelligentiæ invocata illuminationem, adhibuerimus. Quæ conformitas tanto sanctior & pellucidior est, quod omnes veritatis partes, quasi totidem radii non conveniant, nisi in una capitali. Dicit illa alias consuevit *Fundamentum*, quæ omnis divini veritatis quasi proa & puppis <sup>e</sup>, per omnes scripturæ campos diffusissime sparsa, in ore Ecclesiæ inde ab incunabilis suis constantissime retenta fuit <sup>f</sup>: hinc illa sublata omnium reliquarum systema connexione destitutum corrui debet, sine hac nulla alia salutariter intelligitur, aut ullum spiritualem usum præbet. Est autem hæc fundamentalis veritas, doctrina de Dei glorificatione in peccatoris salute per filium suum Jesum Christum verâ, per charitatem operosa, fide amplectendum <sup>g</sup>. Siquæ hanc regulam & cynosuram præ oculis semper habemus, divinitatis sensus sese sponte semper & ubivis offeret. Ut sane horrenda sit blasphemia comparare Sac. Scripturam naso cereo, plumbeæ cynosuræ, vel lyræ, quæ trahi sæctive queat pro lubitu, omnium sectarum ad illam confugientium erroribus faventem; potius inde apparet tanta scripturæ Majestas, ut omnes Christianum saltem nomen haut adspernantes. ad hunc judicem recurrant universalem, decidentem in foro Poli & conscientiæ <sup>h</sup>, omnes autem qui deserunt caput <sup>i</sup>, quicquid moliantur, & ex ipsius scripturæ penem emendicent, non secus sese dant turpiter, ac si quis ex acervo præparatorum opificis ascia lignorum, sine delectu, modo à se ipso excogitato, trabes erigere & jungere velit, adeoque prope fundamentum strueret quod ad fastigium, transversim quod ad perpendiculum pertineret, mox laceraret: & vice versa, nonne deformitas hiatuum tandem emergeret, &

c 1. Tim. 1,  
4-7.

d Luc. 2,  
19.

e Eccl. 12.  
fin.  
f Jes. 59.  
fin.

g 1. Tim. 1,  
15.  
Gal. 5, 6.

h Matth.  
19, 28.  
Rom. 2, 16.  
i Col. 2, 19.

& talis omnium risui expositus proprii interitus faber agnosceretur? In  
 eruendo sensu divino S. Scripturæ pari modo aliud fundamentum poni  
 non debet, præter id quod positum est, quod est Jesus Christus <sup>k</sup>, mis- <sup>k</sup> 1. Cor. 3.  
 sus in mundum, ut salvaret peccatores: Nec super hoc fundamento au- <sup>11.</sup>  
 reo peregrinæ doctrinæ, straminis & stipulæ instar, inædificandæ sunt,  
 quin variæ contorsiones depravationesque committi necesse sit, nun-  
 quam autem accurata veritatum compaginatio enascetur. Ita mirum  
 non est Judæos, omnium hæreticorum primipilos, turpissime errare.  
 Veritas castæ virginis instar honeste haberi vult, nec extra suam relatio-  
 nem ad alios scopos tractari amat, uti in humani corporis compage  
 quodvis membrum officio debito non fungitur, nisi debito loco & or-  
 dine constitutum: Sic ex. gr. maceratio bestię in sacrificium sub V. T. in  
 relatione ad Messiam fide oblatum, erat boni odoris, vel res Deo gra-  
 tissima; si vero ad fundamentum hoc, sacrificium puta Messię non diri- <sup>1</sup> Jcf. 1. 13.  
 gebatur, erat Deo abominationi <sup>l</sup>. Deum remittere peccata, est pro <sup>c</sup> 66. 3.  
 misero homine fideli dulcissima veritas: si autem ad meritum Christi <sup>Pl.</sup> 40, 7. 8.  
 non referatur, esset Deo sanctissimo æque dedecori, ac si velimus istam <sup>m</sup> Joh 9,  
 quoque applicare malis spiritibus <sup>m</sup>; quæ observatio attendi debet in <sup>31.</sup>  
 scripturæ interpretatione circa Phrasas, textus *συνάφειαν*, doctrinas, <sup>n</sup> Apoc.  
 parabolas, typos &c. *nam spiritus prophetia est testimonium Jesu n.* <sup>19. 10.</sup>

Succedat Fundam. 5. à divinissimis rerum maximarum, sua serie exe- <sup>XVI.</sup>  
 cutioni datarum, prædictionibus petitum; quod argumenti genus est <sup>5. à prædi-</sup>  
 omni exceptione majus, ad quod Deus ipse toties provocat <sup>tionum</sup>  
 a. Datur au- <sup>implemento.</sup>  
 tem in Scriptura V. & N. T. ejusmodi filium propheticum, secundam cu- <sup>a</sup> Jcf. 19, 12.  
 jus ductum describitur varia Dei cum Ecclesia suâ Oeconomia, circa ejus <sup>c</sup> 41, 22.  
 incrementa & decrementa, Regnorum mundi revolutiones & talia no- <sup>26</sup> c 43, 9.  
 tissima facta, ut si ipse eventus cum prædictione Spiritus sancti compare- <sup>c</sup> 44, 7. 0.  
 tur, tam accurata exultet conformitas, ac facies repræsentatur in speculo, <sup>45, 21. c. 46,</sup>  
 & sonus repercutitur in Echo. Non est instituti quidem præsentis ratio. <sup>10.</sup>  
 texere Theologiam Propheticam, non possumus tamen quin quasdam <sup>b</sup> videfis  
 prædictiones Propheticas obiter indigemus, nec tantum de rebus specia- <sup>Gen</sup> 15, 13.  
 lioribus <sup>b</sup>, sed & generatim ad Dei Ecclesiam spectantibus, ubi nil nisi res <sup>14.</sup> Exod.  
 in historiis indubitatas præsupponimus. Sic fata Ecclesiæ V. T. sub Regi- <sup>12, 40.</sup> Jcf.  
 bus prædicta sunt <sup>c</sup> deportatio in captivitatem Babilonicam <sup>d</sup>, ejusdem <sup>6, 26</sup> coll.  
 duratio <sup>1</sup> Reg. 13, 1.  
 cū <sup>2.</sup> Reg. <sup>32. 15.</sup>

B 3

c Deuteron. 29. v. 24. seq. d Mich. 4. v. 9. 10.



e Jer 23. duratio per annos 70. ° Liberatio per Cyrum f. Insecuta libertas & victo-  
v. 30. Jer. ria varia contra finitimo. hostes s, donec elapsis præter propter 490. an-  
29 v. 10. nis nasceretur optimus & benedictus Servator h cuius natiuitas ex Virgi-  
Dan 9, 2. ne i, vita k, facta l, passio & mors m, resurrectio n, ascensio °, congregatio pauperum p, vocatio gentium q, repulsio Iudæorum r, persecutio primorum Christianorum per Imperatores Gentiles s, pax à tempore Constantini Magni t, hinc securitas, & Pastorum curæ mundanæ u, Muhammedismus in oriente x, Antichristianismus in occidente y, Reformatio. Post multas justorum querelas z, jam verlamur inter utrumque casum Babilonis aa, & expectamus introitum plenitudinis gentium & totius Israël salutem bb, donec omnia regna fiant Dei & Christi ejus cc.  
f Jof 45, 1. Pudear hic Diabolum cum fictis suis oraculis, prædixerit licet, aut videatur  
g Deut. 30. potius interdum quid prædixisse, ut, Sauli dd, ipsum per Pythonissam Endoream consulenti: *cras tecum eris*. Nam 1. Non est vel hæc prædictio, si preesse consideretur, usque quaque veritati consentanea. 2. Est hoc tempus valde breve, & relore id forte poterat tanquam minister justitiæ Dei publicæ; 3. Prædicat multa propter suam nocendi intentionem vel ex causarum naturalium nexu, calenda iographi instar, simili ferme ratione ac Gassendus memoriæ prodidit ee de Henrici IV. Galliarum Regis nefando parricida, qui venditaverat, se ex Astrologia judicium ia decimam mensis Maji diem Regi periculosissimam, observasse, cum potius ex communibus sicariorum infaustoque collegio illorum fuerit, qui in Diabolicis Pf 6, 22, fuit æquivocationibus, contrariis casibus, operculi vice aptis natis, Cicceus Halin &c. Ajote Æacida &c.  
m Psal. 22. Pergimus ad Fundam. 6. Habuit hæc divina revelatio semper suos  
69. Jof 53, hostes, qui partim suis traditionibus humanis illi voluere lucem affunde-  
Dan. 9. re, sed potius emascularunt ipsam: quales erant Pharisei circa tempora  
v. 26. Christi a; & postea Antichristi satellites b: partim nunc de divinitatis solio eam præcipitem agere nituntur infausti Socini & Spinosæ socii, qui  
n Pf 6, 22, fuit æquivocationibus, contrariis casibus, operculi vice aptis natis, Cicceus Halin &c. Ajote Æacida &c.  
22. 23. Jof suis consiliis Regis næcem in istud tempus deliberaverant. 4. Ufus semper  
53. 8. 10. fuit æquivocationibus, contrariis casibus, operculi vice aptis natis, Cicceus Halin &c. Ajote Æacida &c.  
o Pf 16, 11. fuit æquivocationibus, contrariis casibus, operculi vice aptis natis, Cicceus Halin &c. Ajote Æacida &c.  
Pf. 8, 2. Pf. fuit æquivocationibus, contrariis casibus, operculi vice aptis natis, Cicceus Halin &c. Ajote Æacida &c.  
47. Pf. 68. fuit æquivocationibus, contrariis casibus, operculi vice aptis natis, Cicceus Halin &c. Ajote Æacida &c.  
p Psal. 22, re, sed potius emascularunt ipsam: quales erant Pharisei circa tempora  
27. Jof 61, Christi a; & postea Antichristi satellites b: partim nunc de divinitatis solio eam præcipitem agere nituntur infausti Socini & Spinosæ socii, qui  
1. 2. Zach. solio eam præcipitem agere nituntur infausti Socini & Spinosæ socii, qui  
11. v. 7. *ἐπιτακται* prænotantur e. Ast nunquam deprimi potuit, sed stat inconcussa  
q Gen. 22, cussa  
18. Pf. 2, 8. r Mal. 2, 11 12. Dan. 9, 26. 27. Math. 23. 38. c. 24, 2. Hof. 3, 3. s Apoc. 6, 4. t Psal.  
Pf. 22, 28. 71. Apoc. 12, v. 14. u Apoc. 11, .c. 13, .l. Matth. 13, 25. 38. Zachar. 13, 5. x Jof 19,  
29. Jof. 23-25. Mich. 5 v. 4 5. y Apoc. 11, 17. 18. z Theff. 2, 3. seq. Apoc. 14, 23. cap. 18. 4.  
49. 6. Mal. aa Apoc. 18, 7 8. bb Rom 11, 25. cc Apoc. 11, 15. dd 1. Sam. 28, 19. ee In vita  
lach. 1, 11. Peireski. XVII. 6. à genio hostium. a Jof. 29. Math. 15, 8. 9. b Psal 94, 12.  
Apoc. 11, 3. seq. c. 2. Pet. 3, 3.

cussa in hodiernum usque diem, & licet cælum & terra percant, minime peritura d. Saltem, quod apprime notandum, nulli fuere unquam Scri- d Luc. 21.  
pturæ S. hostes, quam quorum perverſæ actiones in illa damnantur. Lux 33.  
hæc convincit amatores tenebrarum, hinc omni niſu eam, ne ſibi ulterio-  
rem in oculis malæ conſcientiæ, moleſtiam creet, extinguere & ſufflamina-  
re annuntur. Officia enim hominis in Scriptura poſtulata, pugnant  
cum omni vitiſorum genere, & ſunt Deum decentia, ut poſcat; hominem  
vero, tanquam creaturam rationalem, ut præſtet.

Fundam. 7. ſuppeditat antiquitas, quâ prærogativa ita gaudet Dei XVIII.  
ſcripta revelatio in V. & N. instrumenti pandectis, ut nulla religionum 7. à cana  
Gentilium vel antiquiſſima huic comparari queat, non quaſi antiquitas antiquitate.  
ſe conſiderata veritati præjudicet quicquam. Antiquitas ſine veritate er-  
roris vetuſtas eſt: Ita antiquus ſerpens mendacii ſui venenum ſeminavit  
prius, quam iplum primum gratiæ verbum in protevangelio promulgaretur;  
mendacium autem nullum, ſi vel præ antiquitate fateat, natu-  
ram veritatis induere poteſt, ut ne quidem unum ex altero conſequatur.  
• Sicut autem veritas naturâ prior eſt mendacio, ita hic palmam mere- a 1. Joh. 2.  
tur ſacra Scriptura: nam reperiuntur in ſcriptis gentilium antiquiſſi- 21.  
mis ſigna & rudera maniſeſtiſſima hitoriarum à Moſe reliquisque ſa-  
ceris Hitorio-graphis memoriæ proditarum, ſub ſpecie licet fabula-  
rum, ab avorum ævo narratarum, pene oblitatum, ſaltem mutila-  
rum. Cujus rei longiſſimum facillimo negotio texere poſſemus catalo-  
gum, ſi inſtituti ratio id poſtulareret, ut ſunt: de Chao, de Prometheo circa  
primum hominem, de campis Eliſiis, ex hitoria Paradifi b, Solidis Po- b Ovid.  
maria clauſerat Atlas Mœnibus, & vaſto dederat ſervanda draconi, Ar- Metam.  
cebatque ſuis externos ſinibus omnes. De Ate infelice omnium malo- L. 4. fab.  
rum fonte apud Homerum, ex hitoria Evæ. Nonne & Deucalionis cata- 17.  
clyſmo Noæ diluvium exprimitur, qui & vocatus Janus, a j vino, quia  
vineas plantavit; biſcons, quod utrumque mundum videt? Ex Tubal  
Caino & Noema ejus uxore fecere Vulcanum & Venerem. Ex Jubale in-  
ventore Muſices Oipheum. Ex Chamo Jovem Hammonium. Hero-  
dorus refert ſequentia c: Geminas Thebis Ægyptiis columbas nigras ad-  
volaffe, unam in Lybiam, alteram ad ipſos; quæ ſago inſidens humana vo- c L. 2. e.  
ce elocuta ſit, eo loci Jovis oraculum condi debere; Eam verò, quæ ad Ly- 55.  
bias abiſſet, columbam juſſiſſe, ut Hammonis conderent oraculum, quod  
& iplum Jovis eſt; Tum gigantômachia & montes montibus impoſiti,  
quos

4

quos Jupiter fulmine dejecerit, quid sibi volunt nisi turris Babelicæ historiam ! Imò ipsum *Jovis* nomen nonne descendere à Jehovah videtur? *Palladis* autem ex Jovis cerebro nata, ab Hebr. **נִשְׁבַּת** admirabilis, quod est inter nomina Filii Dei <sup>d</sup>. Ex uxore Lothi apud poetas orta est Niobis præ dolore in saxum transformatio. Castitas Hippolyti Phædræ nocivæ concubitum recusantis, debetur Mosis narrationi de Josepho. Sic Iphigenia Agamemnonis sub conditione victoriæ devota Dianæ filia, Jephthæ genitricis historiam redolet. Et Jonæ historia, Arionis in mare per nautas dejecti, ac Delphini tergis medus in fluctibus excepti, & per illum in portum subducti, dedit fabellam.

## XIX.

*a. à singulari Dei providentiâ circa scripturam.*

Succedat Fundam. 8. quàm mirum, in modum ab omni tempore, vigil Dei cura circa hanc revelationem suam, quantum ad sui Nominis gloriam & peccatoris salutem attinet, occupata fuerit: nonne innumeri aliarum religionum libri vel ab ipso edace tempore detriti, vel à blattis & tincis comminuti, vel alio quovis modo ex hominum memoria deleti & ad oblivionis orcum relegati sunt? noster autem Dei benedicti elogia continens nec vi nec fraude ne corrumpi quidem, ne dicam plane removeri potuit: imo, licet persecutionum Gentilium ævo multa Sacræ Scripturæ millia volumina igni cum Martyribus tradita legantur, tandem tamen vel ex cineribus ille phoenix vitam novam & magis vegetam recuperavit, uti & ipsorum Martyrum aquæ instar profusus sanguis novorum Christianorum fecundissimum semen evasit: nec curabant homines, Typographiâ nondum frequentatâ, molestæ descriptionis fastidium; res nota est, cum ejus libri sacrosancti possessio ante tempora Reformationis prohiberetur, quanto cum desiderio unusquisque de animæ suæ quiete sollicitus, quæsierit; donec noluerit amplius summus Pater luminum hanc candelam abscondi, sed in omnium medio, loco editiori, collocaverit <sup>a</sup>: Præterea non incongrue mirari solemus, si quis ab hoste regitur & conservatur: idem sane circa S. Scripturam contigisse palam est. Scripta V. T. quod spectat, ea tanquam nostri bibliothecarii conservarunt Judæi <sup>b</sup>, licet in iis toties execrentur, & contra ipsos testimonia *avarrippta* præbeantur <sup>c</sup>, hinc, ne vel apex pessum iret <sup>d</sup>. Masorethæ, labore indefesso, omnia non modo sacri textus verba, sed literas & puncta numerarunt, & circa ipsum corticem in hodiernum usque diem verpuli devoto amore flagrant humilique reverentia occupantur. Insecuto Cimmeriarum Papatus tenebrarum tempore, cum nil minus quam di-

vina

vina S. Scripturæ oracula à mundanis hominibus æstumarentur , non solum stertentes & saginati ventres in Monasteriis , ne putredinem conciperent , eadem describere & in suis scriniis custodire ad meliora tempora debebant , sed & , quod non satis mirari possumus , quando novus Papa inaugurabatur , & illo tempore per urbem suam vagabundus oberabat , expectare solebant Judæi Romani , ad Jordanum montem , hunc librum nitide descriptum ipsi porrecturi ; uti habetur in Pontificali Rom. Proferatur tale quid de Gentilium scriptis sacris : nonne potius Chaldæorum , Græcorum , Romanorum Libri authentici maximam partem ad infernale barathrum , unde originem habuerant , remissi sunt & densæ caliginis umbris involuti ?

Fundam. 9. petimus à tanta divinæ revelationis efficacia respectu Diaboli phantasmatum , ut ubi hæc lux æcenditur , nullæ superstitionis & idololatriæ tenebræ subsistere unquam possint , sed præcipitentur turpius , ac Dagon à conspectu Fœderis Arcæ , & obmutescant altius , ac nato & passio optimo Salvatore , Gentilium tantopere crepita oracula , a Videssia ipsis acerrimis Christianorum hostibus haut inficias euntibus , Apollinem Augusto consulenti , quis post eum regnaturus sit , respondisse :

XX.

9. ab efficacia contra Diaboli fraudes a Videssia Moro. de ver. R. C. p.m. 532.

Παῖς Ἑβραῖος κέλεται με Θεοῖς μακαρέσσειν ἀνάσσειν  
Τὸν δὲ δέμον περιπέειν , καὶ αἶθνη αὐθις ἰκίεσθαι  
λοιπὸν ἀπιδι σιγῶν ἐκ βασιμῶν ἡμεπεράων.

*Me puer Hebraeus divos Deus ipse gubernans  
Cedere sede jubet , tristemq; redire sub orcum :  
Atis ergo dehinc tacitus discedito nostris.*

Strabo sacerdotes Delphicos ad mendicitatem redactos scribit , quod Oraculum exaruisset ; Porphyrius b.

οἱ ὅ μοι τρίποδες σοναχήσετε ὄχητ' Ἀπόλλων  
οἱ ὅ μοι χρῆσμων ὑπολείπεσσι ἡμεγένεσσα.

*Hei mihi , tripodes congemiscite , abiit Apollo  
Hei mihi ! oraculorum deficit me clavisas.*

Plutarchus itidem totum de defectu oraculorum libellum scripsit , rationem prætexens vel oraculorum abusum , vel hominum sui temporis sapientiam : scilicet ! quæ est ratio concepti , sub Imperatorum Gentilium tyrannide ,

b περὶ εὐ-  
λογιῶν  
φιλοσ.

4

tyrannide, tanti in Christianos furoris. Diabolus videlicet rationum pondere veritati nil scivit amplius opponere solidi, ejusque efficaciam infringere. Aliis dehinc incedebat viis, quibus tamen suo se, ceu forex prodidit nullo non tempore, in dicio; partim veritatem divinam variis calumniis obruendo, cudi videlicet per illam omne malum in mundo ab ejus confessoribus clandestinis & publicis, incestuosis, parricidis, incendiariis, mæchis, seditiosis; hinc rursus Porphyrius, *non mirum*, inquit, *quod urbes peste vexentur, cum Esculapius & Dii ab eis procul absint; nam ex*

**c** Jud. v. 11. quo Jesus colitur, nihil jam utilitatis à Diis consequuntur: quem in finem coll. cum Tertullianus suo tempore excellentissimas conscribere pro Christianis Matth. Apologias operæ duxit precium: partim omnis generis persecutiones in 23. 35. miseros proscribendos & occidendos concitando; quem Diaboli patris d Apoc. genium ipsius filii, juxta Caini antesignani turpissimi viam sibi communem, semper imitati sunt & adhuc imitantur.

## XXI.

**10.** à modo commendationis hujus divinæ revelationis scriptæ; quæ, cum spontaneas rei creatæ rationalis actiones amet, quam longissime semper à vi & coactione absuit, nunquam arma carnalia præscribere consueta, sive instrumenta, mundi perversi mores sapientia; nil unquam, nisi nudam & simplicem sui prædicationem, ad sui commendationem apud quorumvis hominum conscientias, adhibens; & docuit nihilominus experientia, hoc verbi malleo vix Servatorem dilectissimum pulsasse, quin portæ æternitatis apertæ se extulerint, ad hunc

**a** Ps. 14 fin. Regem gloriæ, in verbo veritatis equitatem, recipiendum. Hic rursus & 45. 5. sese res longe habet aliter cum scriptis religionum per versarum; quæ sua placita vel obtrudere, vel colorare & inerustare solent. Coram hac nostra simplice veritatis inculcatione omnis Philosophia obmutescere, & carnis scientia confundi debet, adeoq; in ipsa quid divini lateret. Attentione digna

**b** Tom 3. narrat Zonaras de Philosopho garrulo illo in Concil. Nicæno, quæ quidam in Const. Episcopus Spyridion, cum sedata mente & lingua hujus Scripturæ nuda sententiæ & simplicissimas veritates blateroni opposuisset, classicum jam canentem ante victoriam, ad *ἐξέμυδιαν* redegit & victor evasit. Nemo secundum illam periculi metu cogitur, aut utilitatis carnalis spectatur; si autem ex isthoc respectu scripturam quis recipiat, ab ipsamet *Bestia* vocatur. Jam comparetur quæso Methodus Diaboli ad totos populos in unum religionis vinculum colligandos, quos vel minis & terroribus & quasi criminibus cogit, vel externis commodis & securitate in advertentes circum-

venit,

venit: hac scilicet via vetus Roma ( homicidia & spolia sua fortitudinem heroicam prædicans ) populos sibi subditos sua superstitione infecit, quid nova Roma omni tempore intendat, est in propatulo, mox sævissimi leonis, mox altissimi vulpis specie incedens; quid aliud Muhammedem in tanto collocavit fastigio, ut Alcorani sui abominandis tot regiones inundaverit, quam armorum injustorum strepitus? toto utique cælo differt propagationis Evangelii, tam primo N. T. ac dein' Reformationis tempore, modus, quando illi, qui parvas imo nullas habebant vires, repererunt januam patentem nec unquam recludendam; Perinde autem esse solet Diaboli complicitibus, ad hamare homines rudes sine institutione, nedum convictione, imo vetant accuratorem doctrinam impositam inquisitionem: At nostræ revelationis scriptæ propagationem quod spectat, Deus utique ex ore lactentium & infantum sibi paravit robur, ad hostem abolendum, suum vero nomen glorificandum in omni terra e.

Accedit Fundam. II. De veris, nullis fraudibus superstructis, miraculis, quæ in omnibus religionum scriptis utramque facere solent paginam, faciunt autem illa ad homines torpidos & inconsideratos excitandū, ut rem, cui appendent, penitus ponderent; Optime Augustinus<sup>a</sup>, *Quia homines in aliud intenti perdididerunt considerationem operum Dei, in qua darent laudem quotidie creatori: tanquam servavit sibi Deus insitata quadam que faceret, ut tanquam dormientes homines, ad se colendum mirabilis excitaret. Mortuus resurrexit, mirati sunt homines, tot quotidie nascuntur, & nemo miratur; si consideremus prudentius, majoris miraculi est, esse qui non erat, quam reviviscere qui erat.* Paria habet Tract. 24. In se miracula non probant veritatem, sed veritas potius illis præstrui debet, potentia enim spirituum quorumque se extendat, adhuc anquiritur, & à miraculis cavere expressis verbis prophetis monemur b; Nunquam interim 1. malus spiritus sua patrare miracula potest, nisi Deo permittente, veritateq; satis confirmata, uti ex historia Moysi & Sospitatoris Jesu Christi abunde patet. 2. Nulla comparatio dari potest inter Dei Satanæque opera tam ratione multitudinis quam excellentiæ c. 3. Ubi Diabolo miraculorum patrario permittitur, ibi tentant homines securi, an temere veritate susceperint, aut efficaciam erroris, ut credant mendacio, puniuntur & indurantur d. Inter maxima autem miracula merito non permittendum illud censemus, multa hominum millia propter hujus veritatis confessionem sinceram persecutionis tempore suum statum, bona,

C

imo

d Apoc. 3.  
8.

e Ps. 1. 4.

XXII.

11 à veris  
miraculis  
& constantia Mar-  
tyrum.a Tom. IX  
tract 8.  
in Joh.

b Matth.

24. 24.

2. Theff.

2. 9.

Apoc.

13. 13.

c Jer. 10.

6. 13.

d Deut. 13.

2. Theff.

2.

4

imo vitam ipsam tradidisse; nemo sanæ mentis, nisi omnem exuerit humanitatem, non percussus esse debet, quoties tantam piorum in Martyrologiis constantiam offendit, ut, præconcepta ex hac Dei revelatione scripta dulcedine, ne dirissimos quidem cruciatus & dolores vel senserint vel curaverint, sed læti & hilares toleraverint etiam tantos, ut Lactant, exclamavit:

e In aureo  
libello de  
Most.  
P. c. f.

marit e:

*Non mihi, si centum linguæ sint, oraque centum,  
Ferreæ vox, omneis scelerum comprehendere formas,  
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.*

f Act. 5.  
41. 42.

quantas putabimus in corde sincerorum Dei amatorum hanc sanctificantem veritatem radices egisse, cum potius carnifices delassati, quam illi à sua pietatis constantia avulsi fuerint. Si non Dei gloriam suarumque animarum salutem considerassent, quis crediderit, ipsos pro chymæra omnem sui dilectionem plane deposuisse? Nec objici potest, voluisse illos omnes sibi quæ ere post funera famam, cum maximam partem fuerint homines plebeji & humiles, aut pii honestique, vanæ gloriolæ titillatione non affecti, alii prudentiores, dolum facilius odorantes, minus se illud passi fuissent. Sunt quidem & inter gentiles exempla singularis magnanimitatis, Socrates enim mori, quam suam de Dei unitate sententiam, ne quicquam ringente plebe, mutare, maluit: Seneca quoque mortem elegit, ne Tyranni petulantia assentiri videretur. Ast sunt hæc exempla rarissima in comparatione cum Martyribus populi Dei, & manent, secundum Augustinum, hæ ipsorum virtutes nil nisi *splendida pescata*, quicquid enim boni apparentis in irrogenitis reperitur, cum non ex fide fiat, peccatum est g. Quo referre juvat similitudinem minime claudicantem, de naturalibus hominibus, quanto Ethnicarum virtutum gradu alios antevertisse etiam putentur, adhibitam à Petro h. De quibus *verum est sacrum proverbium; canis reversus est ad suum ipsius vomitum, & sus lota ad volutabrum cœni*. Quanto pere enim effugerint inquinamenta mundi, manent tamen ratione naturæ corruptæ, quod canis & sus ratione suæ beluina: quæcunque enim sciant & cognoscant ψυχῆς, ut bestia rationis expertes, ἐν τῆτοις φείγονται k, suæq; cupiditatis carnalis modulo accommodant. Et si tales tradant corpus, ut comburantur, non habeant autem charitatem, nihil prodest l!

g Rom. 14.  
fin.

h 2. Ep. 2.  
fin.

i vers. 20.

k Jud. v. 10.

l 1. Cor. 13. 3.

XXIII.

Attingimus Fundam. 12. à doctrinae sanctitate & profundissima bonitate

bonitate petitem, quæ aut purissimi ad instar semper & ubivis est ejusdem valoris. Omnia ad mali peccatique everfionem, pietatis solidæque virtutis amorem, comparata sunt; Ea est malarum consuetudinum & pravorum affectuum potestas, ut sero ipsis medicina paretur, dum mala per longas invaluere moras, hæc autem veritatis doctrina ita undique ad pietatem est, ut subigere queat animum effrænem, & mediante ipsa captivetur ratio sub obedientiam Christi, non ut mancipii instar sub servitutis jugo gemat, sed in illa lætetur, tanquam ob mutationem tenebrarum in lucem a: Et sanctæ hæ scripturæ ita penetrant in animos seque ita insinuant, ut nec spe nec metu deleri evelli que possint, oppugnant affectus & vincunt illos, persuadent tam suaviter & fortiter, ut necessario divinam virtutem comitem habere appareat. Nemo dicat in aliis quoque libris multa egregia, bona & ad virtutem instigantia contineri? nullus enim cum sacra scriptura nostrâ comparari hac in parte potest: malum enim & vanitas, quæ bono ad fricatur, in se ipsum bonum contaminat, perditque; ut veneni parum totum esculentum, fermenti parum totam massam perrepat ac inficit. Lege Gentilium historicos, quid nisi rerum gestarum flosculos, ad certi populi vel hominis immodicas laudes, effusos, vel cæcæ fortunæ mentionem frigidam, sine veri Dei gloria, offendes? perpende ipsorum Pseudopoliticorum, Christianum nomen mentientium, Ethicas aut Politicas, quantum ibi plerumque circa scopum, Dei glorificationem, & mediâ eò ducentia, ejus cognitionem & amorem puta, erratur? Et denique, qui putarunt se maximopere rem acutetigisse, sese Machiavelli, Hobbii & Spinozæ exemplo turpissime dederunt. Ast agendum, quid est boni in libris aliis, quod non in hoc nostro sit infinitis parasangis melius? nil autem fœtidi, nil obscœni in illo occurret, cuncta ad eò majorem à peccatis horrorem lectoribus suis incutiendum, vel medicinæ opiatæ instar ad venenum peccati expellendum, faciunt. Omnia alia scripta hominum, nisi S. Scripturæ sale condita & ita sanctificata sint, nil nisi mortem in olla foveant, in Sacra autem Scriptura habentur verba vitæ æternæ<sup>b</sup>; quæ S. nostræ Scripturæ prærogativa sane à malo<sup>b</sup> Génio esse nequit, nec ratio talem fœtum excludere apta nata est, qui ultra ejus captum porrigitur, & perfectissimus est. De libris ex humano natis cerebro verissime dici potest, quod de impœnitente populo Israëlítico Jeremias Propheta<sup>c</sup>, *abluas te nitro, & plurimum adhibeas tibi smegmatis, obducas se auro insigni, iniquitas tua coram me, dictum Domini*

12. à doctrina sanctitate.

1. Pet. 2. 9.

Joh. 6. 8

c. 2. 22.

C 3

Domini

4



*Domini fechora.* Lingat vel ad nauleam usq; urfa mater monitrosos pullos suos, manent tamen omni tempore obscœna animantia.

## XXIV.

3 à divino  
dicendi ge-  
nere.

Exoritur novum Fundamentum, & quidem 13. ex præcedente, à S. Scripturæ Phrasologia; est autem Spiritus sancti, in ea loquentis, sermonis genus simplex, nec tamen abjectum, ita autem proponitur, ut quam longissime absit à garrulitate insulsa, coacto stylo aut quaesito lepore humanam redolente sapientiam, & reperitur tamen sub isthoc externo cortice tanta verborum emphasis & dulcissimus rerum nexus, ut attentus Deumq; timens ruspator extta se rapiatur, seque ipsum in se ipso amittat. Iuxta notum hoc Rabbinicum **אין בתורה אפילו אות** אחר שאין הרים גרולים תלויים בה: *non est vel unica littera in*

a Epist. 2. lege à qua non pendeant magni montes. Hieronymus <sup>a</sup>, in verbis, ait, lib. 2. *singulis multiplices latent intelligentia.* Et Chrysostomus <sup>b</sup>, ἰδὲ οὐκ αβὺ, ἰδὲ ἡραία μία ἐγκειμένη τῷ θεῷ τῆ γρηγοῖ ἢ μὴ πολλὸς ἐναπόκειται θεοῦ ἐν τῷ βῆδε. Quare & exclamat vir amabis hymnis Israëlitis <sup>c</sup>, in omni perfectione finem vidi; **מאר רחכה מצותך** dilatarum statutum tuum valde; omnia sunt ingeniosa, nihil frustraneum, nulla tautologia, nulli solœcismi, omnia ad unam collineant perfectionem. In opposito merè humana scripta, quoquo amplissimo insignita sint titulo, sunt ut thecæ vacuæ in fronte pretiosissimi aromatis inscriptionem nequicquam præferentes, non sunt melioris commatis ac ficus in Evang. foliis superbiens, ast cassa fructibus, adeoque merito diris exarefacta <sup>d</sup>. Id utique amœnissime & constantissime pulchrum est, quod tale est sine fucō & emendicatis ornamentis, quibus mendacia & meretricia prostibula se sustentant. Hæc veritas tanta gaudet excellentia, ut se proponi patiarur nativo colore & genio, & Deum decuerit, se balbutiendo nobis revelaturum isthoc styli genere uti, quo se offert lepor adeo infucatus, simplicitas adeo profunde docta, majestatica humilitas & humilis majestas, ut, quid maxime mireris nescias: egregie Ambrosius <sup>e</sup>, *scriptores sacri, quamvis non secundum artem scripserint, sed secundum gratiam, qua supra artem est. ii tamen, qui de arte scripserunt, in eorum scriptis artem invenerunt; & August. <sup>f</sup>. Sacra littera habent, sed non ostentant sapientiam.* Consentit Hieron. <sup>g</sup>. *Est in verbis simplicibus semper scripturarum divinarum sensus augustior.* Quod interim de Originali utriusque Instrumenti textu præcipue intellectum volumus, nec datur ulla versio, nec LXX. viralis V. nec vulgata latina V. & N. T. quæ hic fontibus, ex quibus dulcius bibuntur aquæ,

a Epist. 2.  
lib. 2.  
b Homil.  
21 in Gen.  
c Ps 119,  
96.

d Matth.  
21, 19. 20.

e Lib. 8.  
Epist. 63.

f Lib. 4. de  
D. Christ.  
cap. 7.

g Adv Jo-  
vin. Epist.  
L. 2. 13.

aquæ, longius enim semper derivata est, posset æquiparari, nedum præ-  
 ferri. Ne autem quis opponat, nimis crudas hic & nunc, minusque de-  
 centes Divinum scriptorem, proponi & res & phrasæ: e. c. incestum  
 Lothi & Judæ, Abrahami cum ancilla consuetudinem, Jacobi matrimo-  
 nia, Davidis adulterium, Salomonis polygamiam, & talia? quasi vero  
 Deus sapientissimus & sanctissimus indigeat nostris consiliis? aut ipsum  
 non deceat, per hominum lapsus suam gratiam, & per mortalium fragi-  
 litatem suam omnipotentiam glorificare<sup>h</sup>? circumstantias quod attinet h 2. Cor.  
12, 9.  
 in allatis exemplis, quicquid pseudopolitica caro in iis desideret, ut sint  
 ad suum palatum, faciunt illæ, vel ad exaggerandum propositi peccati  
 dedecus, vel ad historiæ indubitata certitudinem, vel ad indicandos  
 gradus super quibus improvidi securique peccatores ad vitiorum ἀκμήν  
 deduci à petulante carne solent, ut eo cautius mercari discant, vel inter-  
 dum ad futuræ rei indicandum typum. Et insuper stylum divinorum  
 Auctorum carpere & defectuum arguere petulanti ingenio facilius est,  
 quam concisæ orationis verum indagare sensum. Dictavit Spiritus San-  
 ctus sua oracula Amanuensibus suis eo modo, ut haberent rudiores in  
 Christo pueri, in quo erudirentur, docti adultæque ætatis viri, in quo  
 ipsorum opera exerceretur, petulantia vero ingenia, in quo ipsorum ef-  
 frænis superbia retineretur, confunderetur: considerent iniqui & pro-  
 tervi sacræ orationis Critici divi Augustini, ad saniores à Manichæa  
 mentem reversi, ingenuam piæ confessionem i; *institui*, inquit, i Confess.  
*animum intendere in scripturas sanctas, ut viderem, quales essent, &* lib. 3. c. 5.  
*ecce, video rem non compertam superbis, atque nudatam pueris: sed*  
*ingressu humilem, successu excellam, & velatam Mysteris: & non erans*  
*ego talis, ut intrare in eam possem, aut inclinare cervicem ad ejus gressus.*  
*Non enim sicut modo loquor, ita sensi, cum attendi ad illam scripturam;*  
*sed visa mihi illa est indigna quam Tulliana dignitati compararem. Tu-*  
*mor enim meus refugiebat modum ejus, & acies mea non penetrabat inte-*  
*riora ejus; verum tamen illa erat, quæ cresceret cum parvulis; sed ego de-*  
*dignabar esse parvulus, & turgidus fastu mihi grandis videbat.*

Recensemus Fundamenti 14. loco sacrorum à Spiritu divino acto-  
 rum scriptorum ingenuitatem sinceram & candorem infucatum, non XXV.  
14. à can-  
dore S. Scri-  
ptorum ve-  
rumque m-  
nimarum  
emphasis.  
 enim propriorum nævorum neque cognationis obliviscuntur, sed castis-  
 simæ veritatis amore ducti nil palliant incrustantque, qui agendi modus  
 indicat, quod non propriæ perversæque voluntatis instinctu, aut vanæ

carnem titillantis gloriolæ captatione famæque inhiatione ad sacra sua conscribenda incitati fuerint. ad quid enim proprii fœtoris ad posteros traditio? Muhammed impostorum artificia ita imitari è contrario didicerat, ut suum sæpe iteratum morbum epilepticum pro divinâ ecstasi credulæ plebi prætexere non erubuerit. Ast nostri sacri scriptores, integri vitæ scelerisque puri, humili in Deum amore unice flagrant, qui, ad extollendam Dei gratiæ, misericordiæ, longanimitatis, potentæ, sapientiæ, justitiæ gloriam, proprii dedecoris propalatores esse minime sunt veriti. Quæ propriæ abnegationis pars haut ultima procul omni dubio, ut & eo ducens tota sacra scriptura, ab uno spiritu Dei promanavit: ne hic vel minima historiæ Patriarcharum vel Regum Israël circumstantia frustranea culpari debet, facit enim ad genealogiæ, saltem regiminis & dispensationis Ecclesiæ, certiorationem. Nec multi eventus delicatæ carni incredibiles visi, ut de Simsone, Goliatho &c. in dubium vocari possunt, utpote publice perpetrati, nec obscuro in angulo conscripti. Nec Dei Majestatem dedecet de minimis etiam locutum esse, velut de multarum, in carnis, sibi suffrænæ, oculis, inutilium Mosaicarum legum latione? Quasi vero Deo non æq; jus esset tam de parvis ac magnis rebus homini, rei suæ creatæ, præscribendi officia, uti in ipso integritatis statu jam circa cognitionis boni & mali arborem <sup>a</sup> locum habere poterat præceptum positivum, prout & exactissima Salomonis sapientiæ æque in dicendis *παροιμιαίς* de hyssopo in pariete, quam de altissimis Libani Cedris <sup>b</sup> pellucebat; ut taceam per ista *ζοιχῆια τῷ κόσμῳ*, tanquam Pædagogum ad Christum, redemptionis Mysterium Ecclesiæ, in puerili adhuc ætate constitutæ <sup>c</sup>, delineatum fuisse, quæ dulcissima umbræ ad corpus suum relatio, per *σύγκρισιν πνευματικῶν*, juxta fidei analogiam inprimis per totam ad Hebr. Epistolam, ineffabili gaudio perspicitur ab illis, qui perfunduntur *luce notitiæ gloriæ Dei in facie Jesu Christi* <sup>d</sup>. Ut licet externus sæpe cortex nulla mundanâ pompa aut parasiticis cothurnis vestitus sit, omnino tamen solidæ veritatis, quæ est secundum pietatem, nucleo abundet. Hinc toties in N.T. scriptis ad Mosen & Prophetas relegamur, & accuratissima ubivis occurrit, in locis citatis, secundum intentionem Spiritus Sancti, parallela allegatio.

XXVI. Est & hoc Fundam. 15. Scripturæ divinitatis non præmittendum, quod animadvertitur à revelationis modo, ex provocationibus, convictionibus & obtestationibus ad conscientiam ubivis in ea occurrentibus, quis

<sup>a</sup> Gen. 2, 16, 17.

<sup>b</sup> 1. Reg. 4, 33.

<sup>c</sup> Gal. 4, 1-4.

<sup>d</sup> 2. Cor. 4, 6.

15. à revelationis modo

quis quæso credet, id posse aut velle facere diabolum, aut aliam errori sub-  
 jectam creaturam ? quis præterquam summus Deus auderet propter sua  
 opera tanquam maxima, & conscientia testimonium irrefragabile, ab ho-  
 mine fidem, amorem, obedientiam, fiduciam stipulari ? perpendat quis-  
 que, an Deus ex. gr. per sanctitatem suam malo Genio permittere potuis-  
 set, ut tali contestatione majestatis, fidelitatis, zeli & bonitatis in conspe-  
 ctu sexies centenorum millium hominum pro vero Deo sese gereret, uti  
 fiebat tempore pacti Sinaitici fœderis, ? nec ullus unquam deceptor tan-  
 tæ perviciæ, ne ipse quidem Muhammed, fuisse legitur: nec competit  
 etiam talis conscientia subjectio nisi cui & dominium, ut Imperator Ma-  
 ximilianus II. ad Episcopum Olmuensem verissime & religiosissime scri-  
 psit; imo quemadmodum hoc Deus sine sui abnegatione nemini permit-  
 tere, ita quoque frustra à creaturâ expectari posset. *Ego Jehovah, inquit,*  
*& gloriam meam alteri (videl. non-Deo) non dabo*<sup>b</sup>. Inter homines  
 valet regula: Omnia si perdas famam servare memento; Deum nihil adeo  
 teneriter quoque afficit, ac sui *nominis* gloria; pro illa militat, ut apparet  
 ex præcepti tertii in decalogo appendice, Deum nolle illum dimittere im-  
 punitum, qui *nomen suum* usurpaverit in vanum, ut & orationis Domini-  
 cæ petitione primâ, de sanctificatione nominis Patris cælestis; pro Dei  
 quippe gloria vehementissime & ante omnia litandum est. Quando autem  
 de provocationibus ad hominum conscientias statim mentionem facie-  
 bamus, Apostolo pariter veritatem demonstrante ad conscientiam quo-  
 rumvis hominum in conspectu Dei, & cogitationes captivante sub obe-  
 dientiam Christi; non tamen ita judicem veritatis Divinæ ultimum  
 humanam rationem statuimus scientes ab illa velut putido fallibilitatis pa-  
 lo Dei sensa minime suspendenda esse: Lumen equidem lumini & veritas  
 veritati non contrariatur; verum tamen ad conscientiam provocatur, non  
 tanquam judicem, sed testem domesticum omni exceptione majorem,  
 sicut non incongrue appellari solet *conscientia mille testes*.

Properamus ad Fundam. 16. à vera Dei cognitione ad salutem no-  
 stram petunt. Non datur utique liber in universo terrarum orbe, in quo  
 omnes Dei Entis perfectissimi virtutes & perfectiones tam vividè descri-  
 bantur, quam in S. Scriptura, ut sunt ejus Aseitas, immutabilitas, sapien-  
 tia, Omnipotentia, infinitas, veracitas, omnipræsentia, gloria, justitia, bo-  
 nitas, gratia, sanctitas, independentia &c. In Gentilium scriptis ratissime  
 talem reperies margaritam, sunt enim simeta, & non sine horrore fodican-  
 da

do efficacis-  
sima.a Exod.  
19. 24.  
cap.

b Jcf. 47. 8.

c 2. Cor. 4.  
2, c. 10.  
5.XXVII.  
16. à verè  
veri Dei  
cognitione

da Augur stabula; Nec mirum? mendaciorum enim pater Diabolus quomodo data operâ veritatem sibi contrariam suos doceret? qui talem coram suis clientibus pingere solitus semper fuit Deitatem, quæ cum carnalibus hominis concupiscentiis non pugnet<sup>a</sup>, & **נבולות** stultos (*nebulo- nes*) instigat, ut dicerent *non est Deus*<sup>b</sup>. Ut nil dicam de Ethnicorum Diis Deabusve, natis mortuisque, si non fictis, hominibus imo homicidis, mœhis, incestuosis. Apage tales tenebras! quæ licet hic & nunc palpitando de Deo quicquam objecerint scintillarum, ex naturæ lumine residuo, fuit tantum bonum male partum, male dilapsum. Nemo jam objiciat, contineri tamen, circa Deum perfectissimum salutariter cognoscendum, in Scriptura hac sacra, mysteria tam abstrusa, quæ cum principiis naturæ humanæ insitis, consistere posse non videantur. Ex gr. mundi creationem ex nihilo, hominis ad Dei imaginem; derivationem peccati ad omnes ab uno: porro, natura notum esse, Deum esse unicum, hic trinum statui: Non deceat Deum fieri hominem, mori & sævire in propria viscera: cum tamen hæc doctrinæ faciant S. Scripturæ utramque paginam, denique dari carnis post mortem resurrectionem, & talia pleraque. Observandum enim in genere, in trutinandis Dei infiniti veritatibus finitam non sufficere rationis decem pedam, quasi divinorum Mysteriorum **βᾶδην** carnis sciolæ subiaceant bolidi<sup>c</sup>; qui verò Dei arcana **γεομετρῶσιν**, ut Athanasius loquitur, videant, ne cum Bethlemitis ab inaccessæ lucis opprimantur gloria<sup>d</sup>, Creatum autem esse mundum ex nihilo, facile **νοῦμεν πῆσαι**<sup>e</sup>. Quicquid enim existit extra Deum, non existit necessario, sicut per vices est & non est, nec sibi sufficit: quo ipsam *mundi finitatem* referendam esse arbitror; sicut quoque ex ipsa hominum generatione propter numeri naturam ad primum aliquem retrogredi debemus. Conditum porro hominem ad Dei imaginem primitus fuisse, nemo sanus negabit, nisi Deum se in hoc suo excellenti opere abnegasse hallucinetur, qui utique pro Creaturæ suæ veritate & bono summo vult haberi. Ergo nequaquam ab illo perverſitatis & malitiæ derivanda semina: Unde autem? forſan natura tanquã noverca inculanda? At Deus ejus est Auctor: Vel in introitu vitæ collocandus genius, ater an albus, nescio, qui vertiginis pœculum propinet? At hæc Cebetis tabula, quid redolet, nisi fabulam? vel fortassis Manes excogitato suo Deo sive principio malo rem tetigit acu? imo insanus potius meram evomuit blasphemiam. Consideretur ex opposito hic historia Moſis circa hominis creationem ejusq; gubernationem:  
Unum

<sup>a</sup> Phil. 3.

19.

<sup>b</sup> Pl. 14. l.

<sup>c</sup> Job. 15.

15. 16.

<sup>d</sup> 1. Sam. 6.

19.

<sup>e</sup> Heb. 11.

3.

Videſis

Ampl.

D. D. An-

drea, Dis-

ſert. Poli-

tis ad Hiſt.

Creat.

contr.

Morum.

Unum videlicet creatum hominem, ornatum Dei imagine, quæsiturum per generationem ex una uxore semen Dei <sup>f</sup>, quod secundum fœdus operum invenisset etiam, nisi Deo tergum obvertisset, quod eheu ! fecit à spiritu mendace seductus, unde à Deo separatus iustissimo ejus judicio, generavit quidem prolem, sed ad *suam* deplorandam imaginem <sup>g</sup>; <sup>g</sup> quod, ratione conservationis totius speciei humanæ, Deum, juxta consilium voluntatis suæ, ita direxisset, & secundum potentiam suam creatricem adhuc dirigere, æque decet, ac individuorum longanimitis conservatio. Nonne omnia hæc illustrent Dei gloriam, & ita conscientiæ se commendant, ut victas dare manus ultrò gestiat ? Omnes ergo nunc mortales in peccato concipiuntur & calefiunt <sup>h</sup>, eosque cunctos in se consideratos maledictionem manere necesse est: Nec ipsis Dei communicatio conceditur, nisi lætæ ipsius sanctitati justitiæque rigidissimæ fiat satis. Cum autem esset Deus, nil refragante conscientia, אלהים Deus fortis omni sufficiens, ad juvandos miseros; nonne postulavit ejus sapientia demonstrare gustari velle suam bonitatem, adeoque omnes filios hominis non creasse frustra <sup>k</sup>? quo in Redemptionis negotio tota gloria Dei panditur. Quandoquidem autem extra Jehovah Redemptor peccatoris esse non possit <sup>l</sup>, incidimus in tremendum SS. Trinitatis in Divina unitate Mysterium, quam in unitate Trinitatem consistere posse, caro frivola expiscari quidem non potest. Verum enim vero licet arcta ratio hujus rei sacrosanctæ forsan non reperiatur in rebus creatis exemplum, utpote circa quod Mysterium ex sola scriptura sapiendum esse firmissime constat, non tamen credi verat Deum esse Patrem, Filium & Spiritum sanctum in essentiæ unitate, si ab ipso reveletur, & dein omnes Entis perfectissimi virtutes exinde glorificentur. Nonne dedit Deus creaturis vim generandi, & ipse eâ perfectione careret <sup>m</sup>? cum videre possit homo in speculo suam imaginem, cur non Deus suam <sup>n</sup> (personam) in suo filio tanquam caractere & imagine? Absque quo & Spiritu sancto ipsum non deceret fieri Deum peccatoris: Quis enim accepisset regnum in hominibus, quis dignus eo honore, quod, nisi suo brachio, itæ Divinæ torcular solus calcaverit <sup>o</sup>, quod, ipso moriente, idem fuerit, ac si omnes, pro quibus sponderat, mortui fuissent præterquam Dei filius, hæres super omnia <sup>p</sup>? Quis applicaret gratiæ beneficia & excitaret in homine in peccatis & transgressionibus mortuo gratitudinis officia, fidem, spem, charitatem, nisi mittatur à Deo Patre Filii sui Spiritus in

D  
nostra

f Mal. 2, 14-15.

g Gen. 1, 3.

h Pf. 51, 6.  
Ezech. 16, 4. seq.  
i Deut. 27, ult.

k Pf. 89, 48.

l Jof. 4, 15.

m Jof. 66, 7.

n Heb. 1, 3.  
Col. 1, 15.o Jof. 6, 3.  
p 2. Cor. 5, 14.

q Heb. 1, 3.

- r Gal. 4. 6. nostra corda ? Sed annon , pergit nasutulus *φιλαυτός*, contumeliosum  
 f Act. 17. Deo majestico, qui tamen non est *προσδεδόμενος τι* & f, exilem fieri ho-  
 25. minem, & denique in maledicta cruce mori? At vero ita prodit, quanti se  
 faciat, cristas erigat, Deumque sibi in tumore carnis suæ, reddere studeat  
 i Pl. 50, 21. similem, nulla prorsus ejus sanctitatis habita ratione: Præterea cum,  
 Deū esse *φιλάνθρωπος* ipsis gentilibus ignotum non fuerit; quid vetat, quo  
 minus hunc amorē significaturū unum ex homine natum in personali uni-  
 one assumeret Filius? Si nil decessit Dei majesticati, quòd Patriarchis toties  
 apparuit humanā vestitus specie, imò habitavit in sancto sanctorum V. T.  
 u 1. Reg. 8, tempore, cum alias nec cæli colorum ipsum capere queant. Si aliquan-  
 27. do in sanctis & fidelibus suis tam admirabilis & gloriosus apparere vult,  
 x 2. Theff. ut futurus sit omnia in iis omnibus, quid impedit, quo minus unum tam  
 1, 10. arctæ relationis vinculo secum uniret, ut propterea sit & dicatur ipsemet  
 y 1. Cor. 15, [ omnes enim hoc in mysterio profundissimo crassi mutationis, commix-  
 28. tionis, coëxtensionis & confusionis conceptus prescribi debent ] hinc  
 z Prov. 30, prædicata *Ishiel*, *Immanuel*, quæ duo loca eo lubentius jungimus,  
 1, 19. cum utrobique de re eadem agi, ipsamque vocem *עלמה* eodem  
 Jek. 7, 14. referri debere, sumus persuasi. Ut raceam omnium divinarum virtutum  
 radios penetrantissimos, circa *justitiam* venerandam, *sanctitatem* ado-  
 randam, *sapientiam* mirandam, *clementiam* exosculandam, conscientiam  
 ad convictionem usque percellere. Restat mysterium resurrectionis ejus-  
 dem corporis; quasi vero Deus dissipatas corporis partes non posset col-  
 ligere, qui potest omnia, quique easdem creavit ex nihilo? aut vellet Chri-  
 sto negare debitum sibi peculium? qui tamen corpore suo cælum intravit,  
 aa Joh. 14, ut pro nostris illum locum occuparet. Nec vanum esse potest, innatum  
 2. mentis nostræ cum suo domicilio perpetuæ cohabitationis desiderium:  
 bb Matth. 22, 32. verbo, Deus non est Deus mortuorum sed viventium bb.

## XXVIII.

17. à vera  
 nostra felicitate, &  
 via ad illam ducen-  
 te.

Cognatum est Fundamentum 17. à vera hominis felicitate, mediis-  
 que ad illam ducentibus, perendum. Sicut animæ immortalitas ex natu-  
 rali inter Deum & Creaturam rationalem obligatione patescit, ita  
 unicuique attendenti obvium imò innatum est felicitatis desiderium,  
 tamen hoc circa doctrinæ caput humani intellectus imbecillitas sese pa-  
 lam prostituit omni tempore. Existere quidem opiniones de summo  
 bono Augustini ævo jam aliquot centenæ, ubi ne una quidem ipsam rem  
 assecuta fuit. Uti ignorantiam ingentem fatentur imò clamitant spissa de  
 summo bono Gentilium Philosophorum consignata volumina; imò si  
 vel

vel maxime unusquisque è schola ipsorum , aut alius Epicuri de grege porcus , id ipsum , in cujus possessione summum bonum consistere adstruit , consequeretur , in fine irritum conatum deprehenderet ; aut enī concupiscentia ipsa cum carne , ubi nidulatur , putredinem , indeque fastidium , sponte contrahit , aut denique in mortis articulo sui amatorem , cum inexplebili siti plus ultra luctantem , desperandum deserit. Ipse alias Epicurus novit dicere de gaudio sua sorte contento , ubi autem reperitur , nescit : Seneca quoque multa verba facit de tranquillitate animi immotā , sed ita , ut simul hominem stipiti reddat hauri dissimilem. Nostra hic sola Scriptura modo excellentissimo præpollet , docendo veram creaturæ rationalis felicitatem in vera cum Deo communiōne consistere , i. e. in cognitione & amore ejus , nec non exinde nascente ineffabili lætitia & sensu perfectissimarum amœnitatum , quas cum timentibus se Jehovah amice communicat <sup>a</sup>. Quibus deinde præ <sup>a</sup> Pf. 25, 14. Dei faciei luce fœtet omnis terrenarum rerum vanitas <sup>b</sup>. Nullibi etiam Joh. 15, 15. media ad fruitionem hujus felicitatis ducentia tam superflua atque suffi- <sup>b</sup> Pf. 4, 8. cientia inveniuntur , quam à nostra Sacra Scriptura inculcata. Hic soli gratiæ thronus erigitur , à qua datur & poscitur communiō cum Deo , sui abnegatio , cordis innovatio , imaginis divinæ restitutio , fides , spes , charitas , à Deo in internis & externis dependens obedientia : Hic demonstratur , ut nil refragari possit conscientia , hominis officium ita Deo debitum , ut non sufficiat ad communiōnem , vitam , favorem Dei , si externa civilis honestatis larva cucullatus incedat hypocrita , suasque cupiditates publicis non contamineat flagitiis , vitaque aperte profligata ; neque si exerceat externos quosdam ritus electitios , barbare dictum & doctum *opus operatum* , tanquam ex propriæ justitiæ capite , quibus duobus adjutoris plerumque se sustentant omnes falsæ in mundo religiones. Hic denique creaturarum verus in libertate usus , contra legitimos ejus gemitus sub vanitatis mancipatione , indicatur & asseritur <sup>c</sup> : Rom. 8. 19-22. Quantopere enim abutantur terræ filii creaturis non modo sublunariis , sed ipsa solis luce ad prosequendam suam concupiscentiam carnis , oculorum , vitæque superbiam , clamant nostra exulcerata tempora , pravi que mores. Ipsa id comprobatur generalis mundi gubernatio , circa cujus administrationem , apparenter confusam & intricatam alioquin , carnalis homo , Dei , si non existentiam , saltem sapientiam , potentiam , bonitatem & justitiam debellare nititur , ut dum plerumque possident pluri-



d Matth. 7, 14. mas opes, qui iis abutuntur maxime, dum pessimus sæpe optime, & optimus pessime habetur, dum sæpius aliis dominantur, qui vix aptos agere subditos (sufficerent, verbo, dum Diaboli regnum se extendit latius regno cœlorum d: In nostra enim Sacra Scriptura erudimur accuratam facere distinctionem inter Dei longanimitatem, patientiam & beneficentiam e, omnibus hominibus, etiam reprobis communem f, & gratiam misericordiamque, solis propriam electis g, donec aliquando accipiat quisque secundum sua opera h.

XXIX. Agmen claudat Fundamentum 18. in quo velut centro omnia reliqua concurrunt, à Redemptionis nostræ methodo, præsertim quatenus mater est solidissimæ pietatis, desumptum. Deus Sanctus est, amans suas virtutes, & iustus, iudicans creaturam rationalem secundum legem, est homo squalidus, iustitiâ cassus, adeoque à Deo per *μὲγα χάρμα* impermeabile segregatus, erga quem Deus absque sui abnegatione se minime faventem amicumque, qua talem, exhibere potest. Si jam sibi opponantur, opposita enim juxta se posita magis elucescunt, summa, sanctissima & gloriosissima Divina majestas ab una, & squalor in sanguine suo jacentis & peccatis mortui miselli hominis ab altera parte, qui nec sapientiam, nec potestatem, nec nihil in se reperit ad Deum adeo Majestaticum, toties à se offensum & irritatum restitutione lætæ gloriæ reconciliandum, quid quæso ipsi remanet, nisi abominabilitatum maledictionumque cento? Percurras hic orbem, qua patet, consuas ab omnibus Religionum sacris emendicata panniculorum supplementa, non tamen efficies togam adeo concinnam, quin undique pelluceat pudenda nuditas. Hic autem Sacra Scriptura est incomparabilis, monstrando tale Deum reconciliandi medium, quo redditur Deo ablata gloria tota, & peccatori via ad eius communionem aperitur. En decentissimam & admirandam *justitiæ & misericordiæ harmoniam*! præsupponimus nunc Dei omnisufficientis in adoranda Trinitate unitatem, de qua §. 27. Inivir autem Jehovah cum sapientia sua b, viro *ΠΟΚ* consilium pacis c, qui patri gratias agit, quod ipsi consuluerit d, se patri stitit servum voluntarium, ut aures sibi perfoderet, vel juxta Apostoli interpretationem, corpus adaptaret e & ita per obedientiam suam *activam* & *passivam* omnem justitiam impleret f; imo Spiritum Sanctum eum in finem impetraret, quielectos per veram fidem & seriam pœnitentiam secum tanquam capite uniret, ad omnium beneficiorum suorum usum fructum,

a Exod. 34, 6. 7.

Jer. 9, 24.

b Prov. 8.

c Zach. 6,

12.

d Pf. 16, 7.

e Pf. 40, 7.

f Heb. 10, 5.

g Matth. 3,

14.

fructum. Quod consilium sub varia oeconomia *πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως*, primum quidem per promissiones, fœderale commercium, typos & ænigmata, dein incarnationem doctrinæ morumque sanctitatem, miraculorum beneficia, passionem, resurrectionem & ascensionem dedit exsequutioni: Gradatim enim in negotio gratiæ, tam respectu totius Ecclesiæ, quam uniuscuiusque fidelis, Deus sua opera perficit, sic Ecclesiam primo fundavit inter paucas personas, perrexit ad familias, inde ad totam nationem, & hinc ad omnes populos in terra, per varias mutationes, dona varia, varios hostes, donec, ad spectabili hoc mundo abrogato, novum cœlum & nova terra succedant, in quibus iustitia habitet g. Singuli fideles ad Deum quoque paulatim perducuntur parvo regenerationis semine, à Spiritu sancto ad novi hominis creationem imprægnato, cui novæ vitæ porro alimenta ministrantur per Sacramenta tanquam visibilia signa & sigilla in visibilis gratiæ, imo per media contraria, afflictiones puta, ipsumque peccatum ( omnia enim cooperantur ipsis in bonum ) & tandem mortem corporis ad *ἀκμὴν* provehitur: Hunc qui Scripturæ divinitatis characterem non percipit, dignus consendus non est, qui vel rationis guttulam possideat. Nemo enim alius, præterquam Deus, tantis vitæ, tantisque tenebris, in tam tranquilla & tam clara luce locavit. Hæc quippe magis pie de Deo, quæ impie de Epicuro suo Lueretius. Nec obstat dicere, Deum tanta in eminentia collocatum esse, ut non multum euret homuncionem, rem nauci? Eodem enim modo hic Dei præcellentiam derogatur, ac si cum Epicuro Vorstius res minoris momenti providentiæ Dei subtrahit, ne scilicet quicquam ipsi beatissimo Numini creetur molestiæ. Præterea, sicut tanto apparatu cœli terræque universum, in eoque minima quæque, condidit sine molestia ad suam gloriam, cur non etiam omnia & palmario hominem, opificium manuum suarum, ejusque lapsum & electorum reparationem dirigeret ad eandem gloriam cujus exuberantissimæ ipsi insunt divitiæ? Accedit, hujus scripturæ instinctu hominem ad veram reformati pietatem, ad Dei proximique amorem, ad dependentiam in omnibus adversitatibus à solo Numine; ad promptitudinem, *σωφρόνως* erga se ipsum, *δικαίως* erga proximum, *εὐσεβῶς* erga Deum vivendi; donec, superato vitæ hujus curriculo, placide in Domino, cui vixit, obdormiat. Si autem prædicatur hoc opus Dei, ad ejus gratiæ laudem, prædicandum quoque est istud Dei instrumentum, sine quo effici non potuisset. Quodcunque enim hoc modo ad Deum ducit, id necessa-

Sing. 1. Pet. 3.  
13.

h Eph. 1.

i Tit. 2, 12.

rio ab iplo ortum suum trahere debet. Istud vero est sola sacra V. & N. Instrumenti Scriptura. Q. E. D.

XXX.  
Ἰταλιν.

Cum autem non sufficiat, nosse veritatem de eaque convinci, nisi accedat quoque animus sese ad ejus normam componendi cupidus, missis & abominatis omnibus *divina revelationis scripta* oppugnatoribus *αὐτοκακρήτοις καὶ ἀνοπολογήτοις*, nostrum erit, ut tota vita nostra, hanc doctrinam veritatis secundum pietatem esse, demonstramus; cumque defendamus in materia præsentem sententiam meliorem, uti Reformata Religio in omnibus articulis controversis stat à partibus Dei contra peccatores superbos; utinam aliquando inhabitaret in nobis verbum Dei copiose cum omni sapientia, essetque vita nostra sanctissimæ veritatis imago quædam, testentur nostra opera, quanta sint, quæ de Deo, ut Deo nostro in Christo, scimus, credimus, veneramus! Omnem nostram actionem merito præcedat necesse est voluntatis divinæ *δοκιμασία*, ea autem comperta, potius omnibus creatis rebus abrenunciandum, quam vel in minimo sanctum Dei dominique nostri beneplacitum temere violandum est. Ecquid quoque nobilius dulciusque, quam si divinas veritates intellectus assequatur, voluntas easdem amet, porro ad earum præscriptum affectus, corporis omnia membra, dicta, facta, regantur & componantur, in omnibus Dei solius gloria quæretur, propria proximique salus cum timore & tremore promoveatur? Christus Seruator, cum discipulis suis pedilavii mysterium explicuisset, addit, Beati eritis, si, *uti scitis & faciatis*. Nam is, *qui introspexerit* in perfectam illam legem libertatis, in eaque permanferit, quia non fuerit auditor obliuiosus, sed actor operis, *beatior erit in opere suo*. Imò nos omnes retectâ facie *gloriam Domini quasi in speculo intuentes in eandem imaginem transformamur* ex gloria in gloriam sicut *ἀπὸ κρείττονος πνεύματος ἀπὸ πνεύματος* à *Spiritu Domino*: qui, quoniam nihil sine ipsius gratia & communiione possumus peragere boni, atque is solus virtute sua flexanimi efficit & velle & perficere bonum in nobis pro suo beneplacito, enixissimis precibus calidissimisque votis à Patre luminum, propter Filii sui merita, impetrandus humilique corde expetendus est, ut ejus ductu veritates salvificas in nativa forma sua cognoscamus, cognitas amemus, amatas vita factisque exprimamus & secundum eas ad Christi imaginem indies exasciemur, ut in *charitate radicati valeamus assequi cum omnibus sanctis, quæ sit illa latitudo*

tudo, & longitudo & profunditas & sublimitas, & nosse illam charitatem Christi omni notitia supereminentiorem, ut impleamur ad omnem illam plenitudinem Dei. Hac nullaque alia ratione poterimus vocationem & electionem nostram firmam efficere, ut nusquam impingamus, & amplè subministrabitur nobis introitus in æternum regnum Domini nostri & Servatoris Jesu Christi, si divinæ consortes naturæ, elapsi ex corruptione, quæ est in mundo per cupiditatem, omni collato studio adjiciamus fidei nostræ virtutem; virtuti vero notitiam; notitiæ vero continentiam; continentia vero tolerantiam; tolerantia vero pietatem; pietati vero fratrum amorem; fraterno vero amori charitatem. Ita sane immensum Dei amorem in corda nostra effusum sentiemus, pace Dei, quæ exsuperat omnem mentem, in læta conscientia fruamur, perfundemur gaudio glorioso & inenarrabili, audiemus Spiritum Sanctum spiritui nostro testantem quod Dei Filii & hæredes, cohæredes autem Christi simus, ut simodo cum eo patimur, cum ipso etiam glorificemur. Hæc sunt ista κρείττονα ἢ ἐχόμενα σωτηρίας, quæ verum fidelem ab hypocrita discernunt. Ita, secundum Hieronymum, ea discimus in terris, quorum cognitio perseverat in cælis, quærimus τὰ ἀνα, & actu comprobamus nostrum πολίτευμα esse in cælis, unde Servatorem expectamus Jesum Christum, qui transfigurabit corpus nostrum humile, ut conforme sit ejus corpori glorioso, pro vi illa efficace, qua potest etiam sibi subicere omnia. Ei vero, qui summa cum exuberantia potest omnia facere supra ea, quæ petimus, aut cogitamus, pro illa vi agente in nobis, sit gloria in Ecclesia per Christum Jesum in omnes ætates sæculi sæculorum. Amen.

Hæc hætenus. Ordinem concinniores si desideres, **Le-**ctor Benevole, scias velim, & Ecclesiastica negotia & temporis penuriam me ab ulteriori lima exclusisse parim, partim etiam hanc circa materiam varia, quibus cum agendum est, occurrere hominum capita totidemque sensus, quorum suus cuique mos est, simplicibus alios, doctis alios, tentatis alios, petulantibus alios mores postulantibus.

XXXI.  
Epilogus.

4

Hinc

Hinc jam sponte sequitur non necessaria, de Ecclesiæ Auctoritate, Romanensium sibi non constans doctrina; applicari quoque hæc fundamenta volumus scriptis *γνησίοις*, Canonicis, non Apocryphis. Quæ Scripta Canonica perfecta sunt: & perspicua ad salutem; adeoque ab omnibus fidelibus legenda; posthabito Libertinorum Enthusiasmo, Pontificiorumque traditionibus non-scriptis præscriptis. Sed ne campus Disputationis coarctatus appareat, ponimus loco

### Corollariis

*Totam à Reformatis Ecclesiis receptam ὀρθοδόξων λόγων ἑρμηνείαν in Catechesi Palatina traditam.*

### Errata Typographica ob abs. A.

Pag. 1. Sect. II. lin. 14. *προφητικῶ* lege *προφητικῶν* pag. 4. Sect. IX. lit. b. in marg. Vi. lege *Al.* p. 6. l. 10. *revelatione* lege *relatione.* p. 12. *de-fideratus* dictorum Sc. ordinator dispositio. p. 20. l. 16. *amabis* lege *amabilis.* p. 24. l. 25. *finitatam* lege *finitatem.*

F I N I S.



1. Chemnitius de S. Coena
2. Fechtius de sacrificio Misae
3. Gaffius de S. Coena.
4. Werenndorf de S. Coena.
5. ~~Id.~~ de S. Coena.
6. ~~Id.~~ de S. Coena.
7. Werenfels de S. Coena.
8. Schmidius de Oblatis Eucharisticis.
9. Werner de iure excludendi à S. Coena.
10. Lritius de Pelagianismo.
11. Holzfus de quatuor Novissimis.
12. Gerharde de Appellatione ad Supremum Iudicem.
13. Graun de Statu animae hum: post mortem.
14. Clausing de controversia Nestorianismi.
15. Götzi disquisitio num muribundus et.
16. Mosheim de Felicitate Coelstiae.
17. Sontag Neutralitas Religionum.
18. Scherzerus de peccato in Spir: S.
19. Lorius de Praedestinatione rerum hum:
20. Werenndorf de absoluto Decreto.
21. Löscher de Laroxismo abs. Decreto.
22. Dithmar de Concubinato à Xto prohibito.

Wernsdorff de Polygamia.

Hulsius de turpitudine incestae

Clacofeni animadversiones.

Zudeus de poena damnatorum officienda.

Wolle de Interitu mundi.

Heltthemius de Iustificatione.

Mieg de pariete intergerino.

Mosheim de tribus in terra testibz.

Heidenus de Mosi resuscitacoe.

Neubauer de Corpore Mosi.

Neubauer de Michaeli Archangelo.

Neubauer de Michaeli Archangelo.

Alfius de Evangelio.

monis de ratione

ollius de Theologia.

ampe de Inspiratione et

rimesijs de Canonibus Apostolorum.

ajus de unico S.P. principio.

Alfius de S.P.

gstu Disertacoe de fundamentis Revelacoeis


man de Divinitate Spiritus











the scale towards document

(67.)

Verum innocentiam Calvini ingenue  
rui ipse Bellarminus lib. 2. de Christo  
inquiens: *sed quanquam hac ita se habeant,*  
*ipsam excutio, & Calvini sententias diligen-*  
*ter facile audeo pronunciare, illum in hoc er-*  
*videm docet, Filium esse à se, respectu Essen-*  
*Personæ, & videtur dicere velle, Personam*  
*matrem, Essentiam non esse genitam, nec produ-*  
*ctam se ipsa, ita, ut, si à Persona Filii removeas*  
*matrem, sola restet Essentia, quæ est à se ipsa.*  
productis Calvini verbis ex Instit. lib. 1.  
c. 5. probat, licet, quoad modum loquen-  
tum errasse judicet. Ibid. c. 5. p. m. 326.  
Ibid. inquit; *Utinam semper sic erraret Calvi-*  
Recognitione quidquam in contrarium  
Bellarmini moderationem erga Calvini  
probat Petavius Theol. Dogm. Tom. 2.  
p. m. 618. Loquendi formulam simpli-  
am, ut Sabellianæ hæresi affinem existi-  
mus in Epist. ad Joh. Uytendog. quæ ex-  
stant ac Erudit. Viror. Ep. 44. p. m. 58.  
Bullus Defens. Fid. Nicænæ sect. 4. §. 7.  
40.

§. XVII.

Trinitatis dogma probat Spiritus S. Per-  
sonas. Spiritum S. esse personam divinam  
personarum, qui Spiritum S. Dei *Virtutem,*  
*Amorem, Auram, Agitationem & Qualitatem*  
omniumque, *quatenus in Deo manet ut Spiritus*  
*immanens, Virtutem Dei Naturalem;* quæ  
conciipienda, sit; *quatenus vero à Deo fide-*  
*que à Deo in homines manat, Virtutem*

1 2

medi-